





FLORES
ERUDITI
NEXU LIGATÆ ORATIONIS VINCTI.

Synonymis & Propriis Nominibus Exculti

Seu

Utilissimum Prosodiæ supplementum

&

Synonyma Pòética

Ad usum Scholasticæ Juventutis

EDITA.



POSNANIÆ.
Typis Regiis Clari Collegii Soc: JESU,
Annô Domini MDCCXXXVIII,

CALENDARIUM ROMANUM
Calendis Mensis sequens designatur.

	Jan: Aug. Decemb.	*Mar: Ma: Jul Oct.*	*Apr. Jun. Sept Nov*	*Februar: intercal.*	*Februar: Commu.*
1	Calend:	Calend.	Calend.	Calend	Calend.
2	4 Non:	6 Non.	4 Non.	4 Non	4 Non.
3	3 Non:	5 Non:	3 Non.	3 Non.	3 Non
4	Pr.Non	4 Non.	Pr.Non	Pr. Non	P.Non.
5	Nonis.	3 Non,	Nonis.	Nonis.	Nonis.
6	8 Idus.	Pr.Non	8 Idus.	8 Idus.	8 Idus.
7	7 Idus.	Nonis.	7 Idus.	7 Idus.	7 Idus
8	6 Idus.	8 Idus.	6 Idus.	6 Idus.	6 Idus.
9	5 Idus,	7 Idus.	5 Idus.	5 Idus.	5 Idus.
10	4 Idus.	6 Idus	4 Idus.	4 Idus	4 I[illegible]us.
11	3 Idus.	5 Idus,	3 Idus.	3 Idus.	3 Idus.
12	Pr.Idus	4 Idus.	Pr.Idus	Pr.Idus	Pr.Idus
13	Idibus.	3 Idus.	Idibus.	Idibus.	Idibus.
14	19 Cal.	Pr.Idus.	18 Cal.	16 Cal.	16 Cal.
15	18 Cal.	Idibus	17 Cal.	15 Cal.	15 Cal.
16	17 Cal.	17 Cal.	16 Cal.	14 Cal.	14 Cal.
17	16 Cal.	16 Cal:	15 Cal.	13 Cal.	13 Cal.
18	15 Cal.	15 Cal:	14 Cal:	12 Cal.	12 Cal.
19	14 Cal.	14 Cal:	13 Cal.	11 Cal	11 Cal.
20	13 Cal.	13 Cal	12 Cal	10 Cal.	10 Cal.
21	12 Cal.	12 Cal.	11 Cal.	9 Cal	9 Cal.
22	11 Cal	11 Cal.	10 Cal.	8 Cal	8 Cal,
23	10 Cal.	10 Cal.	9 Cal.	7 Cal	7 Cal.
24	9 Cal	9 Cal.	8 Cal.	6 Cal.	6 Cal.
25	8 Cal.	8 Cal.	7 Cal.	6 Cal.	5 Cal.
26	7 Cal.	7 Cal.	6 Cal.	5 Cal,	4 Cal.
27	6 Cal.	6 Cal.	5 Cal.	4 Cal.	3 Cal.
28	5 Cal.	5 Cal:	4 Cal.	3 Cal.	Pri.Cal.
29	4 Cal.	4 Cal.	3 Cal.	Pri.Cal.	
30	3 Cal.	3 Cal.	Pri.Cal.		
31	Pri.Cal.	Pri.Cal.			

Utilissimum PROSODIÆ Supplementum.

Sive

Dubiarum syllabarum quantitas brevi compendio enarrata: ne pueri necesse habeant Smetium & id genus scriptores, cum pretio quærere, cum tædio terere, & circumgerere.

A corripitur ante.

B. Excipe Crabro, labor *verb.* labes, tabum, pabulum, fabula. Derivativa in abilis, abundus, abulum, abrum, abra: Propria, Atabulus, Dolabella, Nabis, Sabasius, Sabura, Sabus: anceps Flabellum.

C. Excipe Acer adjectivum, brachium cacabo, cacabus, cloaca, cochlacæ, facundus, graculus, hippace, iracundus, machina, maceries, macer, maracus, opacus, paco, placo, pastinaca, portulaca, pistacium, simulacrum, vacinium. Derivativa in aceus, acius, acus, acundus. Propria Acis, Denaces, Phæaca, Pacuvius, Sarraca, Syracusæ, Thracia.

D. Excipe Caduceum, clades, cicada, radix, rado, suadeo, spadix, vado, trado: Propria Gades, Conradus, Menradus, Ladas, Ladon, ambigua sunt Gradivus, Gradi, Adamus.

F. Excipe Afer, venafrum.

G. Excipe Agalma, ages, lagopus, magalis, sagum, sagio, strages, stragulum tragula, tragema, vagina. Derivativa in ago, ages, agulum aginta. Quæ incipiunt ab f. vel p. ut fagus, pagus: præter fragor, flagro, flagrum, flagellum, plagium, plagiarius, pla-

ga pro reti. Propria: Agis, Dagrada, Cragus, Lagus, Mago.

L. Excipe Ales, alea, ala, balo, balæna, calo, caligo, canalis, gale, halo, halec, malo, malabathrum, magalia, mapalia, mala, mala, malum, malus substantiva, palo, palus, liqualia, qualus, sandalium, sodalis, squaleo, scala, talea, talis, talio, talus, talaris. Derivativa latina in lis, ale. Propria Alecto, Aliphe, Calatiæ, Luletania, Omphale, Tharsalia, Palas, Sardanapalus, Stymphalus, Salentum.

M. Excipe Ames, amens, amentum, camus, contamino, clamo, dama, fama, flamen, gramen, hamus; lama; lamina, lamentor, ramus, ramex, squama, stramen, trama, tames, thymiama Derivativa in amen & amentum. Propria Amianus, Damon, Damæras, Mamurrus, Manercus.

N. Excipe Anus, i. aranea, bacchanalia, canus, fanum, granum, ganea, janua, lana, lanugo, lupanar, mano, manes, nanus, planus, panis, rana, sanus, vanus. Adjectiva in anis anus, aneus, anius. Propria Anippe, Dolanus; Cranus, candida, Danubius, Janus, Garganus, Lucanus, Manilius, Nicanor, Numanus, Theano, Vomanus, Anceps Pelicanus.

P. Excipe Capo, crapula, napus, Papa, papillo, rapo, sapo, saperda, sinapis, vapulo. Propria Apis, Anapus, Æsculapius, Japyx, Mesapus, Neapolis, Papinius.

Q. Excipe nequaquam, & quæ ex qua fiunt, ut quaqua, quaquam.

R. Excipe Ara, area, areo, avarus, amarus, amaracus, angaria, baris, calvaria, Carex, carus, gnarus, glarea, latus, naris, pareo, phalaraca, quare, varus, varix, tiara. Finita in arius, are, aris: præter hilaris, Phalaris, prop. Aruns, Caphareus, Baleares, Margarita, Larissa, Larunda, Naricium, Sara, Varus. variatur, *Darius*.

S. Excipe

S. Excipe Agaſo, baſio, as, caſeus, colocaſia, laſerpitium, naſus, omaſum. Propria Aſia, palus, Aſo, Jaſon, Naſon, Naſica, Naſidius, Phaſis, Thraſymache, Phaſiphae, cum reliquis à pais.

T. Excipe Ater, atrium, crates, crate, clathrum, cicatrix, frater, fatum, gratus, grabatus, latus Adjectivum, laterna, lupatum, mater, matella, maturus, matutinus, natura, pratum, palatum, palatium, pirata, quatenus, ſilata, vates. Derivativa in atrum, atus, ater, ates, atim, átius, aticus. Propria Atys, Crathis, Latona, Statius, Saturnus, Vatinius.

V. Excipe Clavus, clavis, clava, flavus, gnavus, gaviſus, navis, navo, pavo, pravus, ravis, ſvavis. Et à ante U mediis ſyllabis. Propria Mavors, Davus, variatur Batavus,

E corripitur ante.

B. Excipe Creber, debeo, debilis, ebrius, gleba, plebes. Propria Hebe, Hebrus, Thebæ, Vebius.

C. Excipe Echo, lecythis, mechanicus, ſecius,(non ſecus) ſecurus, theca, vecors, verecundus, imbecillis, Derivativa in ecula, ut plebecula.

D. Excipe Aëdon, alcedon, acredula, acedia, cupedia, cedo, credo, ficedula, medica, monedula, pedo, ſedo, ſeditio, ſedes, ſedulus. Propria Diomedes, Medus, Medea, Sarpedon.

G. Excipe Collega, privilegium, lego, as, legitimus, regulus, regula, tegula. Propria Cethegus, Gregorius, Megareus, Pegaſus, Phlegius, Slege, Symplegas.

L. Excipe Achelus, camelus, candela, chelæ, delubrum, electrum, elogium, famelicus, felis, pelamis, phaſelus, ſpelunca; tela, telum, velum, veles, velox, zelus. Derivativa in ela, elis Propria Belus, Delus, Elyſium. Electra, Helis, Peleus, Pelignum, Pelion, Peluſium, Thelemachus, & quæ in elius, ut Cornelius.

M. Excipe Abstemius, Academia, blasphemus, clemens, demum, demo, eremus, eminus, hemina, incrementum, mnemosyne, nemo, remus, racemus, semen, semis, semita, temetum, vindemia, Græcanica in ema, ut Themá, & quæ componuntur. Propria Cremes Emathia, Remus, Remigius.

N. Excipe Crena, denus, denuò, denique leno, lenis, mena, penis, penicillus; strenuus, senus, strena, threnos, vena, venor. Derivativa appellativa, in enum, ena, enus Propria Agenor, Antenor, Athenæ, Cynere, Dindymene, Galenus, Hippocrene, Mitelene, Menynx, Penus, Rhenus, Silenus.

P. Excipe Hepar, repo, sepes. præsepe. Propria Asclepius, Æsephus, Cephus, Cephistus, Cepio, Epirus, Josephus, Leponticus, Sepias.

Q. Excipe Nequam, nequitia, necubi, & quæ à ne componuntur. Item Sequana proprium.

R. Excipe Cratera, cera, cerussa, clerus, cyperus, dicterium, eruca, feriæ, feralis, galerus, heros, pera, pero, spero, seriá, sericum, statera, serus, & serius adjectiva, theriaca, verus, veratrũ. Adjectiva in erus, ut severus, Græcanica in terium, & teriá, ut mysterium, arteria. Propria: Berytus, Cerathus, Cerinthus Cerium, Eridotus, Erinne; Erigone, Feronia, Geryon, Herodes, Herodotus, Nereus, Neritus, Seranus, Seres: Tereus, Theron, Zerinthus, & si quæ propria in erus, vel era, exeunt.

S. Excipe Carehesium, Ethesiæ, Ecclesia, resina, thesaurus, vesanus. vesica, Numeralia: ut Centesimus, Græcanica: ut poësis, Propria: Arcesius, Besa, Ctesiphon, Gaiesius, Hesiodus, Hesinee. Magnesia, Milesius, Myndesus, Onesimus, Peloponnesus, Rhesus, Thesus, Titharesus.

T. Exci-

T. Excipe Acetum; beta; boletus, creta, lethe, lethum, meta, metior, moneta, paracletus, rete, Rhetor, theta, teter, temetum, Derivativa in etum & us, eta, eticus (præter vegetus) derivata abytos Propria Æta, Cajeta, Lucretius, Prometheus, Tethys. Zethus, Variatur Vietus.

V. Excipe Levis pro glabro, Propria Eva, Levita, Suevus.

I corripitur ante.

B. Excipe Fibula, hibernus, ibis, tibo, libus, liber adjectivum & pro Baccho, Libra, scribo, sibilus, tibia, vibius, vibex, viburnum. Propria Hible, Ibicus, Liberhrus, Oribasus, Scribonius, Tibur.

C. Excipe Amicus, apricus, anticus, caprificus, cervical, dico, is, dica, ficus, ficedula, febricito, ico, icon, licium, lectica, lorica, lumbricus, mica, marica, myrica, mendicus, multicium, matricida, periculum, pica, postica, pudicus, petricosus rubrica, sicut, spica, spiculum, trica, tricesimus, vicesimus, vicus, vicinus, utrica, vesica, umbilicus, Diminutiva in icula, iculum, Derivativa à rici & sycon ut sycophanta, Propria Aricia, Alaricus, Fridericus, Henricus, Icarus; Iconium, Licæus, Licianus, Mauricus, Micipsa, Nasica, Picenus, Phycus, Sicilia, (non Siculus) Sicaniá Ticinus. Variatur Sichus, Lycas, Numicius, Vaticanus.

D. Excipe Chelidon, confidero, desidero, fastidio, fido, idem masculin. Idus, idolum, nidus, pridem, rideo, strideo., fidus Compositá à dies ut pridie, meridies. Verba & substantiva, in ido, præter divido. Propria Abydos, Acidalius, Dido, Ida, Lydia, Euclides, Phidias, Tydeus, Thucydides. Patronymica in Ides, à primitivis, in eus, vel, is, ut Pelides, Neoclides, Variatur Euripides, Pasidiæ.

F. Et G. Excipe Auriga, biga, caligo, casti go, instigo, fligo, frigo, frigus, fuligo, fastigium, origanum

num, origo, & omnia fubftantiva in igo. Quadriga, triga, triginta, viginti, vectigal, veftigo. Propria Gyges, Sygæum, Sygerius, Variatur ftrigilis.

L. Excipe Afylum, bilis, condyloma, crocodilus, compilo, expilo, filius, filum, hilum, ilia, ilex, ilicet, lilium, miles, palilia, pilum telum, pila, columna. Pileus, pfilothrum, fcilicet vilis, adjectiva in ilis, ut fubtilis, nifi fint verbalia, ut, amabilis. Subftantiva in ile; ut ovile. Propria ábyla Afilas, Acilius, Argiletum, Eryphile, Ilus, ilium, Lucilius, Marfilius, Mânilius, Miletus, Nilus, Pilumnus, Pamphylia, Rutilius, Silius, Servilius, Smilax. Variatur Silenus.

M. Excipe Bimus, crimen, cimex, climax clima, enthymema, imus, limus, lima, limes, limen, minus, opimus, primus, quadrimus, rima, fimus, fimius, trimus, vimen Subftántiva in imen, à verbis, quartæ conjugationis ut fulcimen. Propria Archimedes, Adimantus, Amymone, Ariminum, Cymodoce, Cymothoe, Chimerion, Himero, Opimius, Simæthus, Strymon, Timotheus, Theotimus, & quæ alia à timy.

N. Excipe Acinaces, binus, crinis, declino, inclino, cum aliis à clino, finis, lacinia, linea, linum, mino, omnino, opinor, pulvinar, pinus, propino, rhinoceros, fagino, fchinos, finum, fpina, fcrinium, triclinium, vinea, vinum, Paffiva in inus, quæ à nominibus locorum vel rerum animatarum, fiunt; ut Venufinus, vitulinus. Item clandeftinus, feftinus, genuinus, inteftinus, libertinus, matutinus, morticinus, mediaftinus, peregrinus, fupinus, vefpertinus, Subftantiva in inum, inus, ina, præter: fæmina, fufcina, gaufapina, lamina, machina, nundinæ, pagina, patina, faccina, trutina. Propria Æfchines Appenninus, Arpinum, & fimilia in inum, inus, Item Inachus, Inarime, Ino, Minos, Plinius, Trinacria.

P. Ex-

P. Excipe Griphus, & Gryphus, pipo, ripa, scipio sipho, siparium, stipo, stipes, vipera, Propria Enipeus, Euripppus.

Q. Excipe Antiquus, liquor verbum, obliquus, Variatur liquor nomen, liquidus, liquesco.

R. Excipe Collyrium, chirurgus, & quæ à dirus, delirus, gyrus, ira, iris, ironia, mirus, magirus, papirus, pirata, pyramis, phthiriasis, Sirius, Siren, spira, spiro, sapphirus, stiria, syrinx, tiro, virus, vires. Propria Busiris, Corcyra, Cyrene, Deianira, Epirus, Liriope, Osiris, Pyrene, Pirithous, Pyramus, Podalirius, Semiramis, Stagira, Tiridates, Tiresias.

S. Excipe Divisus, gavisus & Participia in isus. Pisum, paradisus, paralysis. Propria Amphrysius, Antises, Briseis, Chryseis, Cambyses, Isis, Etisus. Pisa, Piso, Pisánder, Sisyphus.

T. Excipe Aconitum, auritus, ambitus participium Clitellæ, catamitus, corbita, corytus, comitria, emissitius, dito, galerita, hermaphroditus, idolothytum, invitus, irrito, litera, lites, laserpitium, mellitus, mephitis, mitis, novitius, nitor, nutritius, parasitus, paralyticus, pytisma, pytho, ritus, scitor, scriblita, suppostititius, titillo, triton, tritura, triticum vita, vitex, vitis, Græcanica in ita, itas, ites, iris, itus itius. Propria Amphitrite, Aphrodite, Archytas, Aquitania, Berhytus, Bythinia, Clitus, Gocytus, Clitorius, Clitamnus, Heraclitus, Ilithya Lusitania, Orithya; Potitius, Pytagoras, Sithonia, Titan, Tityrus, Tithonus. Variatur Italus, pituita.

V. In Ninive; sed in reliquis omnibus, producitur.

O corripitur ante.

B. Excipe Ambobus, duobus, bobus, gobio, nobis, October, robur, sobrius, vobis, utrobique. Propria, Canobus, Jobus, Jacobus.

C. Ex-

C. Excipe Focale à faucibus, sic suffoco, præfoco, negotium; otium, Oceanus, phoca, poculum, procerus, vocalis. Verba in ocinor, ut, patrocinor. Substantiva in ocinium, ut, patrocinium. Propria Cocytus, Ochus, Phocus, Procopius Socrates.

D. Excipe Custodio, erodius, codex, Iodex, podex, nodus, plodo, prodigium, rodo, prosodia, cum omnibus, ab odi zodiacus. Propria Codrus Clodius, Dodona, Herodes, Orodes, Thermodon.

F. & G. Excipe Cogo. Zographus, & quæ ab agogy ut pædagogus, & quæ in ginta, ut octoginta. Propria, Ogygius.

L. Excipe Boletus, capitolium, colum, dolium, idolum, moles, molior, moly, nolo, olim, præstolor, proles, solus, solor. Composita à Græcis palo, & Colon, Propria, Ætolus Mausolus, Pactolus, Olenus, Timolus.

M. Excipe Aroma, Axioma, ammum, abdomon, comissor, comædia, como, comitia, cominus, fomes, momus, momentum, nomen, omen, pomus, quomodo tomentũ, vomer. Propria, Roma Romulus.

N. Excipe Conor, conus, conops, colonus, concionor, donec, donum, nonus, nonæ, opsonor, octonus, pono, pone, pronus, patronus, persona, zona, omnia in ona, monia, & monium. Propria Antonius Hypponax, Jonia.

P. Excipe Copia, copula, conopeum, dropax; hyssopus, populus, arbor, scopæ, Alopus, sopio, tophus. Propria Æsophus, Canopus, Europa, Jopus, Opis, Pyropes, Sophronius.

Q. Excipe Alioqui, quandoque, quoquam, utroque.

R. Excipe Aurora, cicorium, coram, corus, corytus, floreo, gloria, hora, ignoro, lorum, mores, met corum, ora, oro, oportmus, plore, prora, psora, pelo-

pesoris, prætorium, sorex, sorites, therax, victoria, Derivativa in orum, ora, orus, & orium, oria, orius, ab obliquis longis. Propria Authores, Cytorus, Doris, Diores, Horos, Noricum, Orinthya, Soracte, & quæ à doros, Variatur Orion.

S. Excipe Prosa, rosidus, Derivativa in osus, verbalia Græca. Propria Moses Josephus. Tholosa.

T. Excipe Asotus, ægrotus, coturnix, doto, deltoton, jota, lotophagus, poto, plota protinus, soter, totus, Finita in otes, otis, oticus. Propria Clotho, Eurotas, Proteus, Plotinus.

V. Excipe Ovum, Provincia.

U producitur ánte

B. Excipe Bubulcus, coluber, cubo, cubitus, dubius, guberno, juba, jubar, jubeo, jubilæus, innuba, lubet, lugubris, pronuba, rubeo, rubea, rubus, subulcus, tuba, tuber titubo, ubi, Propria, Corduba, Danubius, Hecuba.

C. Excipe Cuculus. cucumis, cucurbita, duceni, educo, fucæ, lucrum, lucerna, mucro, nucleus, reduces, trucido, truculentus, volucer. Propria Lucretius, Lucrinus.

D. Excipe Pudet, rudis, rudens, studeo, sudes, trudes, tudes.

F. & G. Excipe Fugo, fugio, jugum, jugulo, pugil, tugurium.

L. Excipe Culex, culina, culullus, fulica, gula, mulier, sotularis, speculum, simulacrum, ulula. Verba in ulo, & ulor, præter adulor, Substantiva in ulum, ulo, ulus Propria Ulysses, Æsculapius.

M. Excipe Autumo, contumax, contumelia; columen, cuminum, cumera, crumena, cumulus, cucumis, humus, humilis, humerus, incolumis, numerus,

merus, numiſma, tumex, tumeo, tumulus, tumultus. Verbalia in men, & mentum, ut documen, tegumentum, Propria Numa, Numitor, Numantia. Variatur Pumilio.

N. Excipe Cuneus, cuniculus, tunica. Proprium, Albunea.

P. Excipe Aucupe, Aucupor, cupio, cornupeta, cupreſſus, duplex, lupus, nuncupor, occupor, quadrupes, ſuper, ſupellex, ſuperbus, ſtupeo, ſtuprum, ſupinus, upupa, volupe, Numeralia, in uplus, ut, quadruplus Proprium Rupilus.

R. Excipe Curulis, Camurus, furo, is, lemures, nurus, purpura, ſpuriûs, tugurium, ſaturo. Subſtantiva in uria, ut luxuria. Numeralia in urio, ut Centurio. Verba item in urio, præter ligurio, ſcaturio. Propria Cures Curius, Mercurius, Liguria.

S. Excipe Puſillus, ſuſurrus. Propria Blanduſia, Canuſium, Ebuſus, Peruſinus, Voluſus.

T. Excipe Arbutus, butyrum, cutis, diuturnus, frutex, futurus, lutum, mutilus, nutrio, puto, putris, puteus, puteal, pluteus, rutilus, rurrum, ſcutica, trutina, uter; Subſtantivum, uterus, uti. Propria Lutetia, Mutina Minutius, Rutulus, Utica. Variatur Rutilus.

V. In Uva, uveſco, uvidus. In reliquis, corripitur.



SYNO-



SYNONYMA POETICA.

Aër.

JUpiter, aura, æther, nubes, vel inane, vel æthra.

Ager.

Arva, novale, solum, glebæ, rus, jugera, campus.

Agricola.

Rusticus, agrestis, rurisque colonus, arator.

Amor.

Flamma, calor, fervor, fax, æstus, & îgnis, & ardor.

Amor Impurus.

Flamma, Cupido, Venus, furor, & lascivia, luxus,
Luxuria, illecebræque, libido, protervia, Amores.

Angelus.

Aliger, ac genius, cœli legatus, & ales.

Animus.

Cor, vigor: ac virtus, pectus, generosa voluntas.

Antrum.

Antra, caverna, specus, spelæa, cubile, recessus.
Lustraque cum latebris, spelunca, vorago, tenebræ:

Aqua.

Fons, aqua, lympha, latex; humor, liquor, unda.
fluentum.

Arbor & frondes

Crine comaque arbor, foliîs viret, atque capillis.

Radix, ac truncus, cortex & brachia, pars sunt.
Laurus ovat, vitrix palma est, ac myrtus amatrix.
Pro ratibus servit abies, tum pinus, & alnus.
Juniperus, cedrus, cariem fugit, atque cupressus
Funeribusque favet, picea, taxoque sodali.
Umbra Juvat platani, fæcundaque ficus, oliva est.

Aratrum.

Buris, aratra, jugum, stivæ, cum vomere, rastra.

Arma.

Pila, sarissa, hastæ, tum lancea, gesa, bipennis.
Cum telo, jaculum, cum spiculo, arundo, sagitta.
Pugio, mucro, ensis, gladius, sub acinace, cuspis.
Parma, umbo, scutum, clypeus, lorica, chalybsque.
Crista, jubæ, galeæ, cassis, tum conus, apexque.
Munimentum, agger, sunt propugnacula, valla.

Avis.

Alituum genus, & volucris, grex penniger, ales.

Avium sedes.

Hospitium, cunæ, nidi, casa, tecta, cubile.
Præsidium, favor, ops, vires, tutela, levamen.

Auxilium.

Perfugium, solamen, & ara, juvamen, asylum.

Bellum.

Prælia, conflictus, Mars, & certamina, pugnæ.

Bellica vexilla.

Minotauri, Aquilæ, Gryphes, sonipesque, Dracones.

Belli signa.

Tympana, classica, cum lituis, tuba, buccina, cornu.

Belli machinæ.

Vinea, testudo, ballista, aries, catapulta.

Bos.

Bucula, cum vitula, bos, taurus, junge Juvencus,

Benignus.

Pacatus, mitis, blandus, comis, facilisque.

Beneficium.

Officium, munus, meritum, benefactaque donum.

Cœlum

Cælum,
Astra, æther, cælum, polus, axis, sidus, olympus.
Calathus.
Fiscina, fiscellæ, calathus, cum corbe, canistrum.
Cantus.
Musica, & oda, melos, carmen, modulatio, voces.
Cantûs instrumenta.
Fistula, arundo, tubæ, calamusque, & avena, cicuta,
Cum Cithara, testudo, chelis, lyra, barbitos adsit.
Plectra, fides: calami, pecten. digitique pererrent.
Catena.
Sunt manicæ, pedicæ, compes, sunt vincula, nodi.
Causæ.
Principium, atque caput causarum, fons, & origo.
Cibus.
Esca, dapes, epulæ, cibus, & convivia, mensæ.
Clades.
Pernicies, damnum, exitium, dispendia, noxæ.
Clamor.
Vox, murmur, strepitus, fremitus, clamorque, tumultus.
Conjugium.
Connubium, torus, & thalamus, fax. tæda, Hymenæus.
Conspectus.
Os, facies, vultus, gena, mentum, lumina, malæ.
Coronæ.
Infula, cum serto, diadema, corona, tiara.
Crudeles.
Trux immanis, atrox, truculentus, barbarus, asper.
Desiderium.
Spes, ardorque, fames, sitis; expectatio, votum.
Doli
Vafrities, dolus, insidiæ, fraus, techna, vel astus.
Domus.
Hæc ædes, limen, sedes, lar, tecta, penates.
Atria, regalesque aulæ, palatia, turres,
Mandra, casæ, tuguri culmen, magale, mapale.

Exer-

Exercitus.

Agmen, turma, phalanx, acies, legioque, caterva.
Copiæ, & ala, cohors, bellator, castra, maniplus.
Miles ad hæc pugnator, eques, pedes, atque sagatus.

Famulus.

Affecla, verna, puer, famulansque, pedissequa, servus.

Flores.

Lilia, flos, Flora, & violæ, rosa, caltha, ligustrum.
Narcissus, Cyanus, Hyacinthus, nardus, acanthus;
Solsequiumq; Amarantus, amaracus, atq; papaver.

Filius.

Progenies, soboles, proles, stirps, nata, propago.

Forma.

Forma, decor, species, ornatus, grata venustas.

Fluvius.

Stagna, palus, torrens, lacus. amnis, flumina, rivus.

Fucus.

Pigmentum, stibium, minium, cerussaq; fucus.

Gemma.

Purpureus amethystus, onyx, cyanusque & Achates.
Chrysolithoque, pyrope micans, beryllo, adamasq;
Jungeris infractus, jaspisque, virensque Smaragdus

Helluo.

Ventripotens, gurgesque, vorax, lurco, atque barathrum.

Herba.

Herba, torus viridis, cespes, cum gramine, muscus.

Honores.

Fama, decus, tituli, laus, gloria, nomen, honores.

Hostis.

Nos inimicus atrox premit, adversarius, hostis.

Ignis.

Flamma, ardor, calor, ac fervor, incendia, & æstus,
Vulcanus, scintilla, focus, caligo, favilla.

Ignominia.

Dedecus, opprobrium, pudor, ac insania, probrum.

Inconstans.

Mobilis, inconstans, varius, mutabilis, anceps.

Infer-

Infernus.
Tænarus, ac erebus, ftyx, tartarus, orcus, avernus.
Insanus.
Vecors, ac ftolidus. fatuus, delirus, & amens.
Invidus.
Lividus, obtrectator: & æmule, Zoile zelas.
Ira.
Ira, æftus, rabies, furor, indignatio, bilis.
Labor.
Cura, labor, ftudium, uigilans folertia, fudor.
Lacrymæ.
Stilla, imber, ros, gutta, latex, aut lacryma, gemma.
Lectus.
Strata, torus, thalamus, lectus, conclave, cubile.
Lex.
Fas; æquum, jus, decretum, lex regula, pactum.
Liber.
Charta, volumen, opus, fasti, pagella, papyrus.
Lis.
Jurgia, lis, rixæ, convitia, prælia, linguæ.
Litera.
Cera, tabella, notæ, vel epiftola, litera, fcriptum.
Littus.
Cum portu, ripâ, margo, oraque, arena, crepido.
Loquela.
Dictio, vox, verbum, ac oratio, fermo, loquela.
Luctus.
Lamentum, lacrymæ, gemitus, fufpiria, planctus.
Cum queftu, luctus, ululatus, junge querelas.
Lusus.
Lude pilâ, difcô, curfu, luctâ, atque palæftrâ.
Turbo placet, puerisque nuces, trochus, atque flagellum.
Lux.
Lux, jubar. & fulgor, radius, cum lumine, fplendor.
Fax, lampas, tæda, ac ceræ, funale. lucerna.
Macula.
Labes, figna, notæ, nævi, cauteria, fordes.

Mons.

Collis, apex, cautes, rupes, juga, mons, ſcopuluſque.

Monſtrum.

Prodigium, monſtrum, portentum, degener ortus.

Morbus.

Contages, peſtisque, lues infectio, tabes.

Mors.

Mors, lethum, interitus, obitus, nex, fata, cinisq;
Urna, rogus, loculus. funus, Libitina, feretrum.
Buſtaque cum tumulo, marmor, monumenta, ſepulchrum.
Næniæ, & exequiæ, lacrymæ, funebria, juſta.

Navis, ejusque partes.

Navigium, claſſisque, biremi junge triremem.
Et ſcapha, cum lembo, rate, cymbâ, lintre, phaſelo:
Puppis, prora, carina, abies, trabs, pinus, & alnus.
Remigium, remus, tonſæ, vel palmula, clavus.
Carbaſa, vela, alæ, vel ſuppara, lintea, lina.
Malus, & antennæ, uncus, & anchora fida, rudentes.

Nauta.

Navita, Tiphis agit, Palinurus, portitor alni.

Nobilitas.

Nobilitas, tituli, ceræ, ſub imagine ſigna.

Nubes.

Nubila, nimbi, umbræ, nebulæ, caligo, tenebræ.

Onus.

Sarcina, pondus, onus, moles, cumulatur acervus

Oriens.

Phoſphorus, Eous, oriens, aurora, vel ortus.

Oſculum.

Oſcula da preſſis, da ſuavia, baſia, labris.

Parens.

Majores, proavi, patres, ſtirps, gentis origo.

Paſcua.

Paſcua, prata, herbæ, tum pabula, gramina, campi

Paſtor.

Opilio, paſtor, caprarius, atque bubulcus.

Pan-

Pauper.

Pauper, egenus, inops, nudus, mendicus, inanis.

Peccatum.

Noxa, nefas, vitium, crimen, ſcelus, error, & auſus.

Flagitium, facinus, delictum, culpa, probrumque

Peccator.

Sons, reus, atque nocens, ſcelerate, & noxie, nequam.

Pellis.

Exuviæ, ſpolium, pelliſque, ac tergora, vellus.

Piger.

Deſes, iners, ſocors, ſegnis, piger otia quærit.

Piſces.

Delphines, ceti, Phocæ, Balænaque, Priſtis.
Lucius, anguillæ, muræuæ, mullus, aſellus.
Auratæ, gobii, ſalmones, oſtrea, congri.

Pocula.

Pôcla, calix, cyathus, pateræ, carcheſia, crater.

Pontifex.

Pontifici junctus flamen, tum myſta, ſacerdos.

Preces.

Supplicium, atque preces, oratio, vota, querelæ.

Regnum

Imperium, ſceptrum, moderamen, habena, poteſtas.

Regis *habitus.*

Regem ornet murex, oſtrum, vel purpura, coccus.

Retia.

Retia, lina, plagæ, calamus, naſſa, hamus, arundo.

Sanguis.

Et cruor, & Sanguis, ſanies, ex vulnere tabum.

Seges.

Far, frumenta, ſatum, fruges, cum meſſe Cereſque.
Cum ſpicâ, calamus, ſtipulæ, tum culmus, ariſtæ.

Senatus.

Ordo, Magiſtratus, procereſque, patreſque, ſenatus.

Senex.

Decrepitus, cani, senium, rugæ atque senectus.

Sensus.

Mens, animus, seu judicium, sententia, sensus.

Serpens.

Vipera, dipsas, hydrus, coluber, draco, cum angue cerastes,

Sylva.

Sylva, nemus, saltus, lucus, vel Thessala Tempe.
Cum vepre, sente, rubi, dumi, virgulta, fruteta.

Solatium.

Fomentum, auxilium, solatia, opisque, levamen.

Stabulum.

Septa, & haræ, stabulum, mandræque, & ovilia, caulæ,

Statua.

Effigies, signum, species, simulacra, & imago.

Tempestas.

Tempestas, fluctus, furor; æstus, turbo, procellæ.

Terra.

Terra, solum, tellus, mundus, globus, orbis, humusque.

Timor.

Formido, pavor, atque metus, trepidatio, terror.

Tristitia.

Hinc tremor, & sudor, pallor, stupor, occupat horror.
Mæror, dolorque, luctus, ægrimonia. *Iamb.*

Vas.

Amphora, testa, cadus, vas, pocula, dolia, & utres.

Ventus.

Ventus, flabra, Euri, Notus, auræ, flamina, flatus.
Vulturnus, Eurus, Cæcias, *ortum tenent.*
Etesiæ, Favonius, Zephyrus *habent.*
Solem Cadentem: ùt Africus, Caurus *Truces.*
Adversus Auster Boreæ, & Aquiloni Notus *Iamb.*

Velum

Velum.

Tegmina, tela, ſinus, veſtis, velamen, amictus,

Verbera.

Verbera, cum plagis, flagra, lorum, virga, flagella.

Veſtis.

Militiæ chlamys eſt, ſaga, rheno, & abolla, lacerna.
Pallia, læna, togæ, tunicæ, ſtola, penula, *pacis*
Caſtula, palla, cyclas, ſtrophium, multitia, *Marthæ*

Victoria:

Ille triumphat, ovat, *cui* laurus, adorea, palma eſt.

Vinea.

Vinetum, vites, palmes vindemia, botri.

Vinum.

Maſſica, vina, merum, Bacchuſq́, falerna, lyæum.

Vis.

Vis, virtus, vigor, ac robur, violentia, nervi.

Ulva.

Juncus, & alga, *levis* canna, ulva, ac vimen, arundo

COMPARATIONES
AB EXEMPLIS

Adulatores Principum.

TUrpis Ariſtippus Dionyſi ſervus habetur *a.*
Æquat Alexandrum Divis Cleo, facta ſequuntur.
Evagoras, ac Demagoras *b* plectendus Athenis.
Claudus *c* erat Cliſophus claudo ſub Rege Philippo,

 Of-

a *Philoſophus hic Dionyſio tyranno adulabatur.* b *Hic cura. ille vitâ multatus, quòd Alexandrum inter Deos retuliſſent* c *Claudicationis aliaque Regis Mac. Philippi vitia imitatus.*

Osque oculosque simul torquet Sarmentus in urbe;
Clarus adulator, cum Galba clarus Apiti-es.
Illos Augustus, Cæsarque, hos Claudius odit.

Ex Sacris Literis.

Davidides populo stat, a Pseudopropheta tyrannis. b

Amici.

Euryalum Nisus, Pollucem Castor amavit.
Thesea Pirithous, Pyladem dilexit Orestes.
Et Damon Pythiæ, Patrocloque est fidus Achilles.
Davidi erat Jonathas, Eliphas conjunctus Jobo.

Amatæ mulieres ob formam.

Nesso Dejanira, Pari Spartana, placebat *Helena.*
Tu Galatea places multis, Atalantaque velox.
Naso Corynna tibi, tibi Cynthia pulchra Propertii
Galle Lycoris erat, tibi Lesbia grata Catulle.
Deidamia places, sed mox Briseis c Achilli.
Sed decus & laudes Esther Judithaque vincis.

Amati adolescentes ob formam.

Pastorum formosus amor, sunt Daphnis, Alexis.
Poscit Athyn Cybele,Ganymedem Juppiter,Herclis
Pulcher Hylas,Lunæ Endymion,Venꝰ ardet Adonim
Iessæus, Daniel, Joseph placuêre juventâ.

Amentes Insidi- & pereuntes.

Medeam Æsonides, Ariadnam ludit amantem
Theseus, Æneas Didonem; Phillida fallax
Demophron, Paris Oenonen, Ithacusq; Calypso d
Iphis Anaxarete, periit, tu Pyrame Thysbe.
Narcissus proprio, Phœbi Cyparissus amore. e
Assuerus Vasthi, Samsonem Dalila perdit.
Est Holofernis amor Iuditha, Senumque Susanna.

Amantes rerum vilium.

Muræna Hortensi luges atratus; Apumque.

Na-

a *Absalon 2.Reg. 15.* b *Achabo & Iosaphato 2. Par 18.* c *Hippodamia, pro qua cum Agamemnone contendit, Deidamiam in virginis habitu procatus est,* d *Vide Ovidii Heroid. epist.* e *Consule Metamorph. Ovidii. In Pyramo & Thysbe, fidelis amor fuit.*

Navus Ariftarchus, ftudioque tenetur Hilifcus.
Crifpus *a* Conful amat morum: Xerxefque virentem.
Dilexit platanum. Tumulum Pellæus, & urbem
Bucephalo ftruxit, Statuam tu Cæfar amato
Tollis equo *b* Cornix Marthis *c* celeberrima Regis.
Et qui Tiberium corvus *d* populumque falutat,
Ægyptique canes, feles, urfique, lupîque
Exequiis celebres, quorum monumenta leguntur.
Pafiphaë taurum Europeque, Semiramis hinnum:
Alchidas ftatuam, fed Arifto fœdus Afellam.
Dilexit pultes Efau, fimulacraque Rachel.
Amati ab Animalibus.
Hermiam Delphinus *e* amat. Petit anfer Olenum.
Et comes *f* eft Lacydi, Spartanum *g* graculus ambit.
Sic aries Glance, fic Leucade virgine pavo
Sic aquilâ *h* indigenâ Sefti, fic gallus amatô
Amphilochô gaudet, fic raptor Virginis urfus *i*
Corvus Elifæum, fequerifque catelle Tobiam
Artifices, Pictores.
Parrhafius, Paufon, Timanthes, Zeuxis, Apelles. *k*
Sculptores.
Praxiteles, Phidiâs, Polycletus, Pyrgotelefque, Ly-

a *Paffienus de quo Plinius.* b *Qui propè humanis pedibus*
erat; neque alium fefforem admittebat. c *Ægyptii, quæ lite-*
ras quaquà versùm deferebat. d *Hic ad forum manè evo-*
lans, nominatim Tiberium Germanicum & Drufum primò,
deinde & populum falutabat, cujus interfector faxis à popu-
lo eft obrutus. e *Qui puero in aquis pereunte in ficco expi-*
ravit f *A quo nec quidem noctu avelli poterat.* g *Iuvenem la*
Quæ virgini, à qua alita, prædas adferebat, & in mor-
tuæ rogum fe conjecit. i *In agro Suecico, ut Saxo Gram-*
maticus. k *Alexander ab alio noluit quàm ab Apelle pingi,*
à Pyrgotele in gemmis fculpi.

Lysippus, Lysias, Mentor, Myro, Callicratesque a

Fabri.

Dædalus, b Architas, c notique Perillus, d Epeus e

Beseleel, tum promptus Hiram satis arte fabrili.

Avari & rapaces.

Rufinusque, Neroque rapax, Sed & Euclio Plauti.
Alphius, Unidiusque avidus memoratur Horati.
Vespasianus amat lotium, quo comparat aurum. f.

Nabal avarus, Achab, fœdaque in fraude Giezi.

Aurigæ & vectores.

Myrtilus Onomai, Automedon, est vector Achillis
Hectoris est Chabrion, Jolaus at Herculis, Astur
Memnonis, & Solis Phaëton, Turnique Metiscus.
Sic Picus, sic Mesapus moderator equorum.

Bellici Dii.

Gradivus, Mavors, Bellonaque, Pallas, Enyo.

Viri bellatores.

Æneas, Ajax, Agamemnon, Hector, Achilles, g
Parthenopæus ovans, Capanêus, Tydeus, Polynices. h
Scævola, Torquatus, Decii, Fabii atque Metelli. i
Scipiadæ, Cocles, Marius, Cæsarque, Camillus.
Annibal, & Macedo, tum primus ab Hercule Theseus,

Bellator Iosue, at Gedeon, David Ionathasque.

Fæminæ bellatrices.

Sic fortes dicuntur Amazones, atque Lacænæ.
Hyppolyte, Harpaliceque & Penthesilæa, Camilla.
Es Cyro Tomyris k metuendaque Ninias l orbi
Teucraque Romanis, Germanis Amalasuntha.

Debbo-

a *Minimorum artifex.* b *Labyrintho notus.* c *Cujus opus volans columba* d *Bovis Phalaridis artifex.* e *Equi Trojani repertor.* f *Quod filio indignanti præbet, & an male olet? quærit.* g, *in bello Trojano.* h *in Thebano* i *Romano* k *Regina Scytharum victrix Cyri.* l *Sic dicta à Nino Semiramis.*

Debbora, crudelisque Iahel, Indithaque a fortes.

Casti Dii & homines.

Casta fuit Daphne, Diana, Minervaque casta.
Asterius refugit turpes formosior *b* ignes.
Insilit ardentes Democles *c* castior undas.
Et Spurina *d* suam violavit vulnere formam.
Bellerophon, ac Hippolytus, Crispusque *e* pudici.

Castæ.

Penelope, Euridiceque toro laudata fideli est.
Et Fonteja sacræ placet, ùt suffetia Vestæ
Vindicat ereptum Lucretia *f* morte pudorem.
Iosephum castis, Judithæ adjunge Susannam.

Celeres.

Cursor Atas, Ladasque celer calcavit aristas.
Iphicus atque Orton, Atalanta, Camilla volavit;
Bellerophon, Perseûs, tum Dædalus, Icarus alis.

Conjuges se Amantes.

Rubrius, Albutiusque *g* torum finè lite, colebant.
Plautius, Æmiliusque, uxorem morte sequuntur *h*
Orpheus Euridicen revocat de faucibus Orci.
Hypsicratea comes Mithridati *i* prælia tentat.
Mausolum longo dolet Artemis *k* obruta luctu.
Laodamia suo moritur cum Protesilao.
Iphias (Evadne) Capaneû tua busta secuta est.

Ser-

a *Illa Sisaram, hæc Holofernem mactavit* b *Cereris filius* c *A Demetrio Poliocrete ob formam ad flagitium postulatus.* d *Romanus adolescens fæminarum illecebras detestatus* e *Constantini Imp. Filius à Fausta, ut Hippolytus à Phædra Noverca ad scelus frustra invitatus.* f *Violata, per vim Tarquinii junioris, se interemit, Regum per Brutum ejectorum, occasio.* g *Romani, quorum Rubrius cum Ennia uxore 43. annis vixit.* h Voluntariâ i *Regi Ponti multis bellis & victoriis, uti & crudelitate in suos celebri; ideoque, ne veneno periret, sensim ad ejus sumptionem assuefacto* k *Artemisia Caria Regina, quæ nobilissimum viro mortuo, sepulchrum, ab ipso Mausoleum dictum, condit.*

Servat Hypermnestre Lynceu tibi fida salutem.
Admetum Alcestis redimit moriendo maritum.
Penelope placuit, quamvis infidus Ulysses.
Estherem Assuerus, Rachelem Jacob amabat.
Conjuges se odio habentes.
Laodice manibus Mithridatis concidit uxor.
Et Procris *a* Cephali, Periandri perdita Lysis.
Caice peris prostrata tui; Poppæa, Neronis.
Constantine tuo moritur Fausta improba *b* Crispo,
Ut Circe regeret, Ninique Semiramis, illa
Tollit, & ista virum Sceleratum Belides *c* ense
Funestant thalamum. Verum Lucilla peremit.
Dum Fabiæ adsuevit, Tollit Rosimunda maritum
Alboinum, patris calvâ (crudele!) bibentem.
Filia Bentivoli Galeotum spreta peremit:
Quod nudam exhibuit Theben, luit ense Pheræus. *d*
Cæde, Ægisthe, Clytemnestram, *e* committis Atridæ.
Vasthi odio Regi est, infelix Sara procanti.
Corpore crasso.
Mole Sophista Leo *f* & Maxminus Cæsar anhelâ est. *g*.

Cor-

a Quæ Zelotypa venantem in sylvâ virum observans, ab eo pro fera interfecta est. b *De accusatione, & nece innocentis Crispi convicta.* c *Filiæ 50. Danai ab avo Belo sic dictæ, quæ totidem Ægisthi fratris filiis nuptæ omnes una nocte maritos sustulerunt, præter Hypermnestram, quæ Lynceo viro pepercit* d *Alexander eam Hospiti ostendit, ut Ovid. in Ibin.* e *Quæ Ægistho assueta, Agamemnonem Trojâ reducem sustulit.* f *Byzantius, qui risus in publica Athenis concione, dixit uxorem se etiam crassiorem esse, eundem tamen utrumque lectum capere* g. *Uxoris dextrochæriô pro annulo usus.*

Corpore tenues.

Sed tenuis macie Cherephon *a* Cousque Philetas.

Corpore parvo.

Conôpas, *b* geminusque Molon, Pygmæus habetur.

Corpore Magno.

Enceladus, Tytius, Briarêus, Mimusque, *c* Typhoeûs.

Japetus atque Gyges, Ephialtes, Cæus, & Othos.

Porphyrion, Rhæcus, Ægeon, Typho, Gigantes.

Corpore Defectuoso.

Oromedonque ac Antæus, Polyphemus in antro.

Battus erat *balbus*, Michàél: *bambalio* Fundus *d*

Tiresias cæcus, Thamyras, *e* & Daphnis, Homerus.

Est Goliath, Samsonque Gigas, cæcusque Tobias.

Crudeles populi, & homines.

Thrax Geta, Sauromatæ, Scytha, Massagetæque Geloni.

Centauri, Lapithæque truces. Nero, Sulla, Schinisque.

Busiris *f* Phalaris, *g* Diomedes *h* Sciro, Procustes *i* Ieza.

a *Noctua, ob extenuationem per nocturna studia nuncupatus* b *Iulia augusti nepti in deliciis* c *Quorum alter histrio, alter famosus latro.* d *Sic cognominatus apud Cic: Philip. 3. uti Michàél Imp. balbus dictus & traulus.* e *Musas ad certamen temere provocans.* f *Hunc cùm Thrásius pro exoranda à Iove pluvia docuisset immolare hostias, Thrasius prima hostia factus est.* g *Hic Perillum bovis anei repertorem primum inclusit, ipse demum etiam inclusus.* h *Hic equos hospitum pavit sanguine; sed ipse iisdem ab Hercule immolatus.* i *Sciron latro de rupe hospites præcipitat, ipse à Theseo projectus. Procustes ad suum omnes lectum extendebat, vel decurtabat. Schinis inter curvatas arbores discerpebat.*

Iezabel, Abimelech, Iehu, Cain, horror Idumes, a

Divites Populi, & homines.

Indi, Arabes, Lydi, Setes, Persæque opulenti.
Crassus, Sylla, Midas, Cræsus, Lucullus abundant.
Reginamque Sabæ, Iobum, Salomonaque junges.

Doctorum patroni.

Fovit Alexander doctos, Ptolomæus, amansque
Cæsar, & Augustus, tum Magnus Carolus olim
His Antoninum, Tacitumque, ac junge Severum.

Docti & Eloquentes.

Natus Aristoteles Physicis, Plato Socrate juncto,
Archi-Mathematicis Medes: Medicisque Galenus.
Hippocratesque; doces leges tu Bartole, Balde.
Tuq; loqui Cicero, tu, cum Demosthene, Nestor:

Doctæ feminæ,

Sappho nota & Erinna fuit, metrisque Corinna.
Æmula Pindaricis, atque Aspasia apta Sophistis.
Fatidica & Manto, Græcæ Nicostrata linguæ,
Atque Sibylla frequens, mater Cornelia Gracchi.
Et victrix, Catharina Senum, Thecuitis Hebræi, b

Ebriosi

Ennius est Bacchum veneratus, & Heraclites.
Marte pugil. Sophiæque Cliens Anacharsis amabat
Amphora Bonosus, Mero, sic Nero, c dictus, habetur.
Noë, Ammonque cadunt, Holofernes, Balthasar haustu.

Fames.

Est Perusina fames, Solimæque ac dira Sagunti d

Feli-

a *Herodes Idumæus propriorum filiorum & innocentium puerorum interfector.* b *Regis Davidis* c *Imperatores Romani, quorum ille, cum se suspendisset, dixerunt amphoram illic suspensam, hic pro Tiberio Nerone Biberius Mero dictus est.* d *Ab Annibale obsessum, ubi præ extrema necessitate, se suaque flammis absumebant, uti Solymis à Vespasiano obsessis, mures aliaque obscœna comederant. Perusinum Augustus contra Antonium extremè pressit.*

Felices.

Regna Gygis Lydi; Samiique Polycratis, omnis
Sors vovit, felix Marius, felixque Metellus.

Felices ex infelicibus.

Attis Timotheum; *a* sed Enippum *b* prædicat Argos.
Ante Gyges pastor, Lictor Dativus, agrestis
Justinus, Probus, ac Marius, Ciceroque jacebant.
Bassus Agaso fuit, Agathocles *c* conditor ollæ.
Sphortia de lixis *d* Tamerlanesque *e* subulcus.
Magna Helena ignotis latuit Regina Britannis.
Nicoleos sextus, Pius altor,& Adria *f* Sixtus
His Ioseph, Moyses. Gedeon, Saul, adjice David

Ex felicibus infelices.

Infelix Marii, Samiique Polycratis est mors.
Cæderis ô Cæsar, postquam Pompeje jacebas.
Tullius Antonî cadit hostis sponte cadentis.
Rex cecidit sese Mithridates vindice Xerxes
Ferrô Athabani gladiô hic cadit Artaxerxis
Se Tamerlano Baiazetes, seque Sapori
Valerianus humi sternit *g* Belisarius *h* urbem.
Sæpe adiens victor, cæcè, mendicus adibat.
Saul potes bis, Sedecia, ac Nabuchodonosor addi.

Ferarum domitores.

Pythagoras ursam, cervum Cyparisse domabas
Et tu Sertori cervam, prior Hanno leonem.
Serpentemque Ajax, quocum tibi mensa, cibusq;

Tu-

a *Cui dormienti, Fortunam urbes in rete cogentem appinxêre.* b *Hujus clypeum publicè ferebant, qui rem bene pro Rep. gessisset.* c *Qui jam Rex fictilibus adhuc utebatur.* d *Unde duces Mediolanenses celeberrimi.* e *Imperator fortissimus Scytharum* f *Adrianus ex Belga Canonico sub Carolo V. ad Pontificatum evectus.* g *Pedibus Victorum quamvis Imperatores, pro scabello substrati* h *Sub Iustiniano Imperatore, dux fortissimus, sed aliorum invidia præceps. Qui ascensuro flectebat genua.*

Tuque Auguste tigrim, ac ElephantemPore sequacem.

Formosi.

Narcissus formá, flos est Hyacinthus, Acanthus.
Formosus Paris ac Helene: cum Castore Pollux
Rex pulcher Nisus, Bellator Cyllarus, atque
Bellerophon, Nerêus, Gyges, & Parthenopæus,
Prostituit faciles Glyceram, cum Laide forma
Davidides a *Ioseph*, *Esther*, *pulcherrima Iudith.*

Deformes.

Thersites *b* Damon *c* Hipponax turpis Hemippus *d*

Mutantes formam, & habitum.

Æsopus, Brotheûs, *e* Accoque, & Iusca Philenis,
Lasthenie studiis, regnique Semiramis arte;
Eugenia, ac Theodora virum, pietate figurat.
Sardanapalus erat mulier, cumque Hercule Achilles. *f*
Metra, *g* Periclymenus *h* Ptoteus, Achelous utrumque

Fortes Corpore.

Fortis Milo, Schinis, Theseus, Telamonque, Agathoque. *i*
Herculis incubuit, cælumque Atlantis in armis.
Polydamas rupe oppressus, sed ab arbore Milo *k*
Vul-

a *A Absalon* b *Græcorum ad Trojam turpissimus, etiam moribus.* c *Cum obtortis pedibus esset; optavit, ut amissæ crepidæ furi convenirent.* d *Uterque Poëta; ille Bubalum & Anterinum, se depingentes; ad suspendium versibus adegit.* e *Turpitudinem suam exosa.* f *Sub habitu mulierum non sine luxuria latentes.* g *Erisichthonis Thessali filia, de qua in fabulis.* h *Hi contra Herculem, ille sub bovis, hic sub Aquilæ specie pugnavit.* i *Latinè Vertumnus. Ille cum Hercule, hic Athenis celebris.* k *Ille dum rupem cadentem vult manibus sustinere, hic dum biantem arborem discerpere tentat, ab illa captus, feris præda fuit.*

Vulcano est Brontes, Steropes, famulusque Pyracmon,

Vi aut arte feras superantes.

Pythonem telo Phœbus, secat ense Medusam.
Perseus, Bellerophon triplicem domat arte chimæram.
Herculis hydra cadit, leo, taurus, cerva, dracoque.
Thesea Minotaure times, capis Oedipe Sphingem;

Fortes animi.

Fortis Anaxagoras, nati post funera, se se
Mortalem genuisse refert, Cornelia, Gracchos
Me peperisse satis: Xenophon immotus ad aram
Nati audit fatum. Cato, neve Antonius ullos
Concidit ad casus animo. Qui fortè Lycurgo
Eruit insultans oculum, hunc de crimine solvit.
Risit Aristides, dum sputo os improbus implet.
Diogenes risit convitia Socrate juncto.
Cambises a natum Prexaspis, ac ebrius arcu.
Trajicit immoto, flammis dat Scævola dextram.
Phormio militiæ, Phocion, Masinissaque b durus.
Zenonem Phalaris frustrà, Cypriusque tyrannus
Torsit Anaxarchum, superavit Regulus c omnes d
Fortis erat Samson, David, Machabæaque Iudith.

Filii amantes parentum.

Erigones laqueo mortem dolet (Icare) patris
Nè tu Mezenti caderes, est victima Lausus,
Vecta Argia parens, Cleobisque Bitonque trahebant. e

Op-

a *Rex Persarum de ebrietatis vitio à Prexaspe monitus, ut se probaret animo præsentem, ejus filio cor sagitta confixit.* b *Rex Numidarum, qui annos iam natus 90 nudo capite & pedibus incedebat.* c *Anacreon, qui in mortario Philosophum contudit.* d *Attilius qui Carthaginem ad crudelem redire mortem, quàm redimi malo Reipublicæ exemplô maluit.* e *Curru matrem senem Sacerdotem ad templũ trahebant.*

Oppius, *a* Anchises, nato portante, feruntur.
Amphinomus flagrante Ætnâ, fraterque *b* parentes
Excipiunt, tibi & Antigone, cæce Oedipe dux est.
Obsequitur Ioseph, Isaac, patrique Tobias.

Filii in parentes crudeles.

Cæde Clytemnestram sternis, patris ultor, Orestes
Conjuge Nine cadis, Niniq; *c* Semiramis ense.
Vindicat Almæcon Eriphylen cæde parentem *d*
Oedipe *e* tu Lajum perdis, Peliæque senectam
Perditis, ô natæ, dum vos Medea fefellit. *f*
Ulta suum est Cyanes, Cyanippo in patre pudorē
Ense. Medullinæ manibus sic cæsus Arunti es
Et matrem & patrem Mithridaticus abstulit ensis.
Perdit Agrippinam Nero: sic Ptolomæus uterque,
Hic matrem, ille patrem, fratrem quoq; tertius aufert. *g*
Davidides patrem *Insequitur, qui Ammona* peremit.

Fratrum sororumque mutuus amor odia & cædes.

Quem leo perdit, Hyam, deploravêre sorores.
Heliades casum Phäetontis. Gratia fratres
Vinxit Amycleos, Euclidem; in fratris honore,
Romulus adversus fratrem est, Atreusque *i* Thyesten.

Dar-

a *Hic, dum Troja; ille dum Roma, exulare cogitur*, b *Anapius alter, qui cum vitæ discrimine Catanâ parentes extulère.* c *Ad flagitium à matre postulati* d *Quia Amphiareum virum hosti, Polinici, prodierat, vide fabulas.* e *Qui obvium ignotumque parentem occidit.* f *Quæ falso persuasit, occisum, coctumque ad juventutem se reducturum.* g *Primus Philopater ironicè dictus, quia patrem Evergetem occidit; alter Philometer, quia Argeum fratrem.* h *Qui Cleomenem Lacedæm, secum regnare est passus.* i *Cui proprios apposuit in mensa, pro cibo, liberos, eo quod suam uxorem incestâsset.*

Dardanus Jasium, *a* Polinices contra Etheoclem, *b*
Sic cadit Antigonus, *c* ferro & Typhonis Osiris, *d*
Quem soror ulta Isis. Cambyses *e* ense sororem.
Sustulit, ac fratrem. Cadis Archesilae *f* Learcho.
Filius hic uxore cadit, sic regna petuntur.
Pro sævo Tydeùs *g* Menalippum sustulit Apro.
Chaona sic Helenus *h* Leucon perit improbus ense.
Oxilochi, sic Mamertes Sysaphonis iniquus *i*
Cadvidus leges *k* Anacharsem ferre perosus,
Hunc sine lege necat: tollitque Jugurtha Nepotes *l*
Acriseum Perseûs, Ægisthus sustulit Atrêum *m*

Fratribus est odio Joseph, Jacobus, Abelus
Fures.

Harpalus, Autolicus, Cacusque, Argivus, & Anglus. *n*
Eurybates, *o* Fur est Dionysius, *p* addet Amasin *q*
Furatur Iudas, Rachelque idola, Giezi. *r*

C Mæ-

a *Quem regnandi causâ sustulit.* b *Pro regno certantes, mutuis occumbunt vulneribus.* c *In Iudæa ab Aristobulo.* d *Ægyptius Rex, postea pro Deo cum Iside cultus, execrato Typhone.* e *Rex Persarum fratrem Mergidem, quem per somnum in solio viderat.* f *Cyreneorum Rex.* g *Statius lib. 2 Thebaid.* h. *Priami filius Servius l. 3 Virg. ob vitiatam uxorem Ovid. In ibin:* i *Quia hujus filios, ut regnaret, occiderat.* k *Quas Scythis, quibus Cadvidus frater præerat, dedit.* l *Adherbalem & Hiempsalem legitimos, ut ipse nothus imperaret.* m *Nepos uterque patruum.* n *Argivi & Angli furacitate celebres.* o *Qui ostensurus judicibus, qua arte parietes per uncos ascenderat, evasit.* p *Tyrannus Siciliæ, Deos ornatu spoliabat, dicens, illos nulla re egere.* q *Rex Ægypti furtô alios depeculari solitus.*

Furiosi.

Mænades *a* Phœbas, *b* & Corybantes *c* turba furentûm est.
Cadmias *d* in natos, Hercles, furiosus Orestes[e]
Saul ac Herodes furiis agitantur iniquis

Gladiatores.

Spartacus *e* est promptus gladio, Bitho, parque Bachius *f*.

Graves.

Fabricius, Curiusque, gravis Cato censor habetur.

Gulosi.

Astydamus, *g* Phago, *h* Timocrecon, *i* celebrantur edaces.
Notus Alexandro Promachus, *k* Bitiasque bibones.
Aglais una vorax, atque ebria Myrtala juncta est.
His epulo, his Esau, Lothus, jungatur Adamus;

Hospitales.

Saturnum Janus, Æneam Evander alebat.
Et Pholus *l* Alciden, Phæacum Rectorum Ulyssem.
Demophoonta hospes Phyllis, Ariadnaque Theseûm.
Hypsiphyle Æsonidem, & Medea, Ithacumque Calypso.
Loth, Abram, Rahab, faciles, Nabal malus hospes.

In-

a *Bacchi Orgia furiosi celebrabant, unde & Bacchæ* b *Sacerdos Phæbi* c *Sacra Cybeles saltu insano peragebant* d *Agave Cadmi filia, Pentheum Filium laniavit, vide fab.* e *Qui cum 70. gladiatoribus erupit, Dux militum contra Rom. factus.* f *Hi socii primò alias plures, deinde se mutuò confecêre* g *Persa, qui solus totum Ariobrazanis convivium absumpsit.* h *Qui apud Aurelian. Imp aprum. vervecem, porcellum, ac centum panes, cum orca vini, uno die absumpsit.* Vopisc. i *Rhodius, edendo & bibendo celebris* k *Qui in certamine bibonum victor, quatuor Choas vini hausit, donatus talento, sed 40. extinctis, ipse triduô supervixit.* l *Centaurus.* m *Alcinous.*

Infernis damnati.

Buſiris durus, Diomedes, Thrax Polymneſtor.
Siſyphus, Ixion, *a* Tityus, ac Tantalus umbræ.
Cerberus, atque Charon Hecate, Proſerpina, Pluto.

Irati & odioſi.

Commodus *b* iratus, famulum fornacibus uſſit.
Vedius effractum vitrum morte ultus acerbâ eſt
Medeæ eſt rabies, dedit iracundia Cottis *c*
Nomen, & inviſus frendente Vatinius urbe eſt. *d*
Herodes, Cain, atque Ruben, Aſſuerus, Amanus.

Judices rigidi, juſti.

Æacus, & Minos, Rhadamanthus judicat umbras,
Juſtus Ariſtides æquas moderantur Athenas.
Nota Prienæi integritas fuit una Biantis,
Hermetem *e* Ægyptus laudat, ſed Riphea *f* Theucer.
Centauris æquus Chiron, *g* Locriſque Zeleucus- *h*
Cambyſes Perſis, cui pellis iniqua Siſamnis
Sedi affixa fuit. Dormitans fortè Philippus
Cauſa errans, mulctam dedit, abſolvitque Machetam.
Nec Cato, nec quicquam Phocion indulſit amicis.
Manlius adverſus natum eſt: *i* juſſitque Magiſtrum
Terga Phaliſcorum pueris nudare Camillus. *k*

 Aſſue-

a *Hic ad rotam, uti prior ad ſaxum damnatus. Tityus ad vulturem, Tantalus ad aquas, Belides ad urnas.* b *Imp: Romanus, ut & cæteri Romani.* c *iraſcor & ira.* d *cujus ſceleratiſſimam vitam Cicero pro Seſtio inſectatus eſt* e *Hermes Triſmegiſtus dictus.* f *De quo Virgil. l. 2. Æneid:* g *Inſtructor Achillis* h *Qui cum lege ſtatuiſſet, ut adultero uterque erueretur oculus; oblatô ad judicium reô filiô, ſibi alterum & alterum filio oculum eruit, ne Juſtitiæ deeſſet.* i *T. Manl. Torquatus filium virgis & ſecuri ſubjecit, quòd ſinè ejus imperio, licèt feliciter, pugnâſſet.* k *Optimatum pueros, ad urbis proditionem educentem, remittit cæſum à pueris: quâ æquitate moti ſe dedidêre Phaliſci,*

Assuerus, Salomon, Samuel, Danielque fit aequus.

Judices iniqui.

Tarquinius spretor, contemptor Amulius aequi a
Auritusque Midas Phaebum post Pana canentem
Collocat, Hesiodum Fanis *b* praeponit Homero,
Uxor Achab, ac David Amans, metuensque Pilatus.

Invidi

Magnus Alexander magnos odisse solebat,
Lysimachum, tum Perdiccam, fortemque Seleucum *c*
A Caligis Caesar magni cognomina rasit,
Torquatis torques, cincinatisque capillos.
Invidiâ Proculus mortem formosus adibat *d*
Invidiam Joseph Christusque ac prodige perfers.

Latrones.

Sisyphus est Latro, Scironque, Schinisque, Procustes.
Est Garamantus Arabs: Laestrygonas, adde Cyclopas.

Laus rerum vilium.

Synesii *e* calvus, Busiris Isocratis extat.
Notus Apuleii est Asinus, sic Moria Erasmi.
Nota Favorini febris, Culicesque Maronis.

Legislatores.

Saturnus Latio, Minos tibi Creta, Lycurgus.
Spartanis, legesque Solon praescripsit Athenis.

La-

a *Qui fratris Numitoris masculam prolem interemerat, Rhea, ejus filia Vestali facta, ex qua tamen Romulus & Remus, frustra ab eo ad Tiberim mergendi destinati.* b *Rex Chalcidis.* c *Seleucus animo magnus, Perdiccas fortis, Lysimachus militiâ peritus, invisi erant, quia his dotibus pares, ut Aelian. lib. 12.* d *Hunc Caligula specie invidendum sustulit: uti Pompejo cognomentum magni, Torquato torquẽ, &c. prae invidia ademit.* e *Orationem in Calvitii laudem scripsit, ut Isocrates laudem Busiridis, &c.*

Lacrymantes.

Obriguit Niobe Lacrymis, Philomela soluta est:
Mergittus Halcyone, sudant electra *a*. sorores.
Garrula, lingua Laræ plexa est, ut Tantalus undis.
Vatis Aristophanis. lingua Eupolis, atque Cratini: *b*

Loquaces, Mordaces Poëtæ.

Es Nævi infamis, tu Mome, ac Zoile mordax,
Osce, Theonque, noces, Hipponax, Memius audax.
Morte luis Daphita, mordaxque Theocrite linguam:

Libido & Luxuria.

Cum Rhodope *c* levis est Phryne, *d* cum Thaide *e* Lais; *f*
Floraque *g* cum Glycere *h* Aspasiæque est *i* juncta Sinope. *k*
Dalila cum Rabab celebris, neque nescia fraudis.

Raptæ.

Jupiter Europam rapuit, Minoida Theseus.
Eurytus, Hippodamen, Briscide captus Achilles.
Hesionem Telamon, Alcides nobilis Augen, *l*
Et Castor Phæbon, Ifairam frater, amansque.
Tyndaridem Paris, & Centaurus Dejaniram,
Romulidæ, Indos inter, rapuêre Sabinas.
Dina Sichem placuit, Saram rapit Abimelechus.

Molles & Luxuriosi.

Mollis Aristigoras, quondam est Milesia *m* dictus.
Huic

a *Phaëton.* b *Comici maledici.* c *Hæc opulentissima Ægyptiam Pyramidem erexit.* d *Pulchritudine corporis judices flexit.* e *In Attica celebris.* f *Græcis ob pulchritudinem frequentata.* g *Quæ multarum opum pop. Rom hæredem fecit, atque idcirco illi Floralia festa instituta.* h *Horatio celebrata* i *Hujus gratia Pericles arma in Samios sumpsit* k *Unde sinopizare, id est, lascivire.* l *Pyrenen quoque & Bebryciam.* m *Quod mulieri, quam viro propior.*

Huic Agathon tibicen & Heliogabalus: isti
Par quoque Sardanapalus erat, *a* par Battalus, omnes.
Hos Strato Sidonius vicit, vel mollior Abron,
Cultus Aristoteles, comptique Lysistratis ora,
Mollis es Hortensi, mollis tu Cæsar *b* Juli.
Vir, mulierque audis, illi est Dionysia *c* nomen.
His Sodomæa cohors, Salomon jungatur, & Ammon.

Magi.

Notus Apollonius Zoroastris *d* ab arte, Cynopsque.
Hostis Joanni certat, Petrusque Simoni.

Magnifici, & Munifici.

Magnificus Scaurus, Pompejus, & Octavianus, *e*
Vespasiane *f* nihil, nil tu; Galiene *g* negabas.
Mecænas studiis, probus, ac pius Antoninus.
Militibus, Nerva, & populo favisse putatur.
Trajanus *h* Rheni, fratrum Proculejus *i* amator.
Magnificus Rex Assuerus, Salomonque videtur.

Medici.

Mercurius, Phæbus, Epidaurius, *k* arte medentur *i*
Sic Pæon, Chiron, Podalyrius, atque Machaon.

Mu-

a *Inter mulieres in virum habitu versans, Assyriorum Rex ultimus. uti ille mollissimus Romanorum Imperator.* b *Quem Curio pater omnium mulierum virum, & omnium virorum mulierem vocabat.* c *Sic dictus Hortensius Orator, cujus mollitiem Cicero perstringit.* d *Zoroastres fuit Rex Bactrianus. qui artis Magicæ repertor dicitur, ridens natus, cui Apollonius Thyaneus sub Domitiano, Simon Magus contra D. Petrum sub Nerone, Cynops contra D. Ioannem certans, accedit* e *Sumptibus & operibus publici in ludos præsertim & theatra.* f *Diem, inquit, perdidi, quo nulli benefecerat.* g *Nil se unquam petenti negâsse confessus est.* h *Hispanus natione, Romanorum Imperator optimus, & Germanis favens.* i *Qui Murenæ, & Scipioni fratribus bello spoliatis proprias opes divisit.* k *Æsculapius in Epidauro, cultus.*

Orpheus, Amphionque *a* canit, sic vectus Arion *b* *Nautæ.*
Mnesthea, tum Typhin, Palinuro junge Cloantum.

Parentes filiorum amantes

Ascanius cura Æneæ est; Hecubæ *c* Polydorus.
Sargapises Tomyri est, Cyrum *d* crudeliter ultæ.
Rex natam, Mycerine, bovis sub imagine *e* servas.
Beniamin & Joseph, dilectus & Absalon Patri.

Odientes, aut interficientes

Herodes, Mitemon, Mithridates, Dejotarusque.
Tigranes natos, Levigildus ut Hermenegildum.
Sustulit, ac fidei tutatrix Barbara cæsa est. *f*
Posthumius proprium cædit post prælia natum *g*
Virgineam Pater occidit. *h* vimque Appius infert *i*
Limonem Hippomenes *k* violatam, pabulum edacis.
Fecit equi: Sic Leucotheam violenter amatam
Orchomus infodit vivam. Sic mater Agave
Bacchica, dum spernit, discerpsit Penthea, natum
Harpagus absumpsit, *l* coquit Atreus pignora fratris.

a *Hic Tyrius Thebanæ urbis condendæ suasor, ille Thrax agrestes ad humanum cultum traduxit.* vide fab. b *Merhymnæus Lyricus à Delphino ludens exceptus emersit Oceanô.* c *Quæ ob hunc interfectum genero Polymnestori oculos eruit.* d *Tomyris Scyth Regina, amisso filio, Cyri victi caput in utrem sanguine plenum mersit, aitque:* satiare sanguine, quem sitîsti. e *Sic Ægyptiis ad cultum proposita post mortem.* f *Hæc, quia idola venerari noluit: ille, quia hæresin aversatus est.* g *Suo injussu pugnantem, ut suprà* Manlius. h *Ob stuprum intentatum. Unde ut Lucretia Regibus, sic hæc decem viris finem attulit* i *Ovid in Ibin.* k *Lib: 4 metam.* l *Propositum sibi ab Abstyage Medorum Rege, ob Cyrum servatum.*

Progne cædit Ityn, Tereus in viscera condit.
Tantale, Dîs Pelopem mactas. Calphurnia cæsa est.
Vinceret ut Marius pater hostem, Agathoclea tollit
Lysimachus, sævâ Arsinoe stimulante Novercâ.
Rege Athamante cadit juncta Euryclea Learcho [a]
Mergit & Hippodamas Acheloi crimine passam [b]
Te, Meleagre, parens Althæa in stipite perdit. [c]
Jephtias occumbit, cadit Absalo, stringitur Isaac.

Pastores.

Faustulus est pastor, socio Gyge, Daphnis, Amyntas.
Cum Simeone Ruben, Saul, David, pastor Iacob.

Pauperes.

Codrus, & Irus inops, Tellus [d] Cleobisque Bitonque: [e]
Ollaque Telemachi nota est, Glyceræque, Hecalesque.
Ælia tota domus tenuem censebat agellum.

Magni nominis

Æmilius Persêi [f] tum victor Agrippa Sabini.
Pauper, Epictetus, Cato, Pauson Epaminondas. [g]
Cumque Biante Craten, Lysandro junge Cimonem. [h]
Iacob inops, Petrus, Andreas. Iosephus, habentur.

Pii

a *Quos in furore pro leonibus occidit Rex Thebarum, Ovid. lib.* 4 b *Natam Perimelen, Ovid.* 8. *metam.* c *Quòd avunculos occidisset, Ovid. lib.* 1. *Trist.* d *Hujus inopiam Crœsi opibus feliciorem dixit.* e *Fratres Argivi.* f *Macedonum Reges* g *Primus Philosophus, alter Grammaticus, tertius pictor, quartus Dux.* h *Primi Philosophi, tertius Princeps Atheniensium, cui electo Respubl. Pallium & crepidas emit, ut Plut. in Nicia ait, quartus Lacedæmonum Princeps fuit.*

Pii erga Deum.

Primus Alexandri labor est Diis thura litare.
Primaque cura Numæ, Phæbo priùs oscula Sylla *a*
Votaque justa dabat, quàm quod discrimen adibat.

Justus Abel, devotus Abram Daniel, Misaelque.

Pii erga Deum.

Pro patria Theseus Labyrinthi tecta subibat.
Protogenia cadit. *b* Decii, Cocles, Fabiique *c*
Pro patria Samson cecidit, Davidque duellat.

Proditores suorum & ingrati.

Proderis Amphiarae tuâ, *d* placet alter Adrastus,
Deiphobusque Helenâ, *e* Tarpeja puella Sabinis
Seque suosque offert, armillis obruta pactis.
Harpagus Astyagem Cyro, Samiosque Philippo
Prodit Apollonius Cræso ditatus, iniquè
Eurybatus favit Cyro. Tandem arte Sinonis.
Græcia, & Annibalis Pæni, sub fraude triumphant.
Milo Epirotas prodit, *f* Drususque Magulsam *g*
Queîs Perpenna favet, Sertorius occidit armis *h*
Proditur Urias, Samson, sed prodit Judas.

Probi servati, puniti improbi.

Deucalion & Pyrrha manent, superenatat *Arca.*
Loth, Isaac, Joseph, David, Caleb, atque Tobias.
Sed Cain, & Phinees, Ophni, Saul, Absalo, Zambri.
Uxor Achabique, simul Pharao, Herodesque, premuntur.

Prom-

a *Cujus simulacrum gremiô circumferebat.* b *Erechthei Atheniens. filia, ut pater vinceret Eumolphum Bæotum.* c *Romani, quorum Primi pater, filius, nepos diversis bellis devoti, hostium se telis ingesserunt, alter pontem contra Porsennam soli defendit. Fabii contra Vegentes soli belligerantes cecidere.* d *Eriphyle, quæ monili aureo Adrasti capta est.* e *Quæ hunc alterum à Paride maritum, Græcis dormientem prodit.* f *Papyrio Cursori spe mercedis.* g *Mauritaniæ Regem hospitiô susceptum Baccho pro pecunia prodit.* h *Ut solus Hispaniæ regno potiretur.*

Promptè obsequiosi.

Obsequitur Naaman; Ionas, & promptior Isaac.

Servi fideles.

Æsopo famulo nunquam Demosthenis error a.
Constitit extortus. Cleopatram serva Neæra,
Chalmioneque subit morientem. Europe fugaci
Incumbis moriens Graccho. Sic servus acerbis.
Hostibus Urbini occurris casurus amictu. b
Zopyre, Dario es, Trojano fidus Achates.
Pro Bruto, ficta se voce c Terentius offert:

Labano, Iacob, Ioseph fidus Pharaoni.

Senes.

Tithonus, Nestor Pylius, d Cumæa Sybilla.

Mathusalem longævus, Adam, est Isacus, & Abram.

Stulti.

Stulta mente Bagas Melitides, atque Chorœbus.
Et delira Acco speculi sub imagine lusa e

Temperans & parcus.

Gymnosophista Indus parcè, Ægyptique Sacerdos,
Persarumque Magus vixit, sat mensa Laconum
Frugalis, Perusque Indus f panem addidit undis.
Puls Anacharsis erat; lac Socratis, escaque panis.
Zeno capit, quæ cruda, g fames mensura Lycurgi est.
Est Masinissa semel, Mithridates stando refectus.
Locrenses vinum exosi, Moscusque, Sophista,
Sic canem & vinum Tyanæus Apolline dictus.

Parcus Elisæus, Ioannes, parcus Elias.

Intemperans & prodigus.

Attica, Persarumque cohors, Cyprus, atque Corinthus.

Pro-

a *Adulterium.* b *Cui in Reatino agro ejus facti statua à Domino erecta.* c *Ad Domini similitudinem.* d *Sic Nestor dictus ab urbe Peloponnesi Pylo.* e *Ubi alteram sibi similem latere credidit* f *Rex illorum ab Alexandro superatus.* g *Philosophi omnes.*

Prodiga quæque fuit. Phocus famosus Athenis, a
Albidius b Romæ decoctor. Apicius c omnes
Vicit, & in sola se lance Vitellius d effert
Filius Æsopi. Cleopatra, e Neroque gulosi;
Et tu Galloni, f Gaathoque Philoxenus, g Abron.

Balthasar, Assuerus cum Divite, Prodigus hospes.

Textrix.

Penelopes tela, & Pholoes laudatur, Arachnes.

Vani, & superbi.

Se Sapor astrorum fratrem, Salmoneus esse
Jactabat tonitrûs dominum, Ammonemque h parentem:
Fingit Alexander, Mensem, Nero vertit Aprilem i
Empedocles vates præceps devolvitur Ætnâ,
Ne moriens credatur homo: sanabere gratis
(Dic tantùm esse Jovem.) præsente Menecratis arte. k
Tibicen l Phœbo certat, Thamyrasque m Camenis.
Infelix Niobe n Latonam prole lacessit.

Lucifer, elatus Pharao, Nabuchodonosor, & Saul.

Va-

a *Photionis Principis filius:* b *Qui omnibus consumptis, ædes incendit:* c *Qui, ne rebus consumptis superesset, venenum bibit:* d *Qui mensam non* minoris 400. *mil. apparabat.* e *Hæc & ille uniones liquefactos sorbebant.* f *Qui prodigiosas in omnibus expensas faciebat. Gurges dictus.* g *Hic collum gruis optabat; & uti Abron, in proverbiis esse cæpit* h *Jovem, cujus se filium post tot victorias haberi voluit.* i *Suo illum nomine Neronem appellari volens.* k *Hic Epistolis subscribebat:* Menecrates jupiter, *quique hoc nomen ei tribuebant, his gratis curationem medicam impendit.* l *Marsyas victus, & excoriatus.* m *Victus, oculis & lyrâ privatus.* n *Quæ prolibus, à Diana transfixis, dolore in saxum obriguit.*

Vafri.

Sisyphus, atque Sinon, Ithacus *a* vafer, atque Phrynondas.

Achitophel, Iacob, Iudith, simulator Ioseph.

Vates.

Amphiaraus humo mersus, cum præside Phœbo.
Deiphobe Cassandra simul, vatesque Sibillæ.
Sunt Marsi, & Psylli, Neuri, Choatræque potentes.

Venefici.

Carmine, Canidia, ac Micale. *b* Medæaque, Circe.

Venator.

Hippolytus, Cephalus, venator, Lausus, Orion.
Actæon canibus laceratus, Adonis ab Apro.
Venatrix Atalanta fuit, Arethusaque *c* & Hippe *d*
Arte Philoctetes vibrat, & tu Mopse, sagittas.
Venatorem Esau memini. Nemrothque potentem.

Viles officiô homines.

Carpophorus mango est, Sutor tu Alphene, Coquusque.
Mystillus, Lycinus tonsor, vespillo Diaulus.

LO-

a *Ex eodem patre Autolyco furum principe, qui Sisyphum habuit astutissimum Atticæ latronem, unde Sinon. Et Amicleam, Unde Ulysses, sive Ithacus, qui Trojam astu occupavêre. Vide fab.* b *Hæc apud Ovid. illa apud Horatium celebris.* c *Ab Alpheo amata, ut vim effugeret, Dianæ miseratione in fontem sui nominis versa est.* d *Chironis filia in venatu gravida facta, metuensque parentis, à Diis in equam versa, & in cælum translata fingitur.*

❧)(†)(☙

LOCA QUÆDAM

DIIS SACRA

CReta *Iovem* coluit, Tarpejus,[a] & Elis, & Ida
Iunonem tenuit Carthago, Prosymna, Samosque,
Tuque Phalisce refers, Argosque adjuncta Mycenis.
Gryneum nemus est *Phœbi*, Pharos, atque Phaselis,
Delos, & Ortigia, ac Delphi, Cynthusque, Clarosque,
Et Parata, & Tenedos, Soracte, & Cytrha, Rhodusque.
Cynthus habet *Triviam*,[b] Delos, Taurusque, Ephesùsque.
Sunt *Bacchi* Thebæ, Naxus, tum Nysa, Cythæron.
Est *Veneris* nemus Idalum, Paphos, atque Cythera,
Sic Amathus, Gnydus, & Memphis, sic Cyprus, Eryxque.
Et colit *Idalium*, Colchi Hellespontus *Amorem*.
Vulcanum Lypara, ac Lemnos, veneratur & Imbros.
Thermodoon *Marti* est, Rhodope, Thracesque Getæque.
Pallas Cecropiis Aracinthum junxit Athenis.
Elis *Pluto* tibi, sed Lampsacos apta *Priapo*.
Cos, Epidaurus habent *Medicorum* ut Pergama[c] *Numen*..
Herculea Gades, Thebæ, Thrinthaque, Tibur.
Iris, *Ostris*,, amat Pharon, & Mareotida Memphin.
Urbs Enna, ac Catane *Cererem* dat Eleusis, & Ætna.
Dindimus est *Cybelles*, Beracynthus, Gargarus Ida.
Sunt juga Pierii & Parnassi, Cyrrha *Camenis*.

Ad-

a *Capitolinus Romæ mons* b *Dianam*. c *Æsculapius*.

Adjice Libethram, Tormessum, Pimplam, Helic-
nem.
Denique Castaliis Aganîppen Pegasis *a* undam.

Aves Diis sacræ.

Halcyonem Thetidis; Veneris dic esse *columbam*.
Junonis *Pavo est, Aquila* Jovis: estque Minervæ.
Noctua: tum Solis *Phœnix*, ac *picus* habetur.
Candidus ut Cygnus, sic *corvus* Apollinis ater.

Animalia ad Deorum currus.

Martis *equi*, *Draco* Saturni, *Cervique* Dianæ.
Junonis *Pavo*. Thetidis *Delphin* juga perfert.
Balæna Oceani, Veneris cum *passere Cygni*.
Solis *equi*, Lunæque *boves*, Cererisque *Dracones*.
Et Bacchi *tygris* ac *lynces*; Cybelesque *Leones*.

Arma Deorum.

Arma Jovis *fulmen*: Neptuni *fuscina*: Martis
Est *gladius*: *falx* Saturni, Phœbique *sagitta*.
Virgaque Mercurii: *clava* Herculis: *hasta* Minervæ;
Fax Pueri: Bacchi *Thyrsus*, *pharetræque* Dianæ.

Arbores Diis sacræ.

Æsculus ac *quercus* Jovis est: sic Herculis arbor
Populus: ac Phæbi *lotos*, *laurusque*: *Cupressum*.
Pluto, Bacchus amat *vitem*, *ferulamque*, *hederamque*.
Pan Cybeleque cupit *Pinum*: sed Pallas *Olivam*,
Est *myrtus* Veneris: Bacchoque ad sacra coronam
Suppeditat: Cereri *quercus* famulatur ad aram.

Ædificia Magnifica.

Pyramis & simulacra Jovis, solisque Colossus.
Mausoleum, Ephesi templum, Murique *b* Pharos-
que.
Ægypti, Thebæ *c* Labyrinthus, Pergama Trojæ,

Et

a *Hippocrenen*. b *Babylonis*. c 108. *portarum & 40. mil pass. in ambitu*.

perfossus *a* Athos, & acetô *b* pervia rupes.
'ta Merone domus, pompei Scarique theatrum.
acum *c* Hesperidum, celebrantur Adonidis
orti. *d*
que Semiramidis *e* qui Mecænatis *f* habentur.

Gratia.

uphrosine, Charites, *Aglaja*, *Thalia* feruntur.

Harpyjæ.

Harpyjæ, *Ocypete*. vel *Aëllo*, ac *dira Celæno*.

Furiæ.

umenides, furias, & Eurynnias adjice Diris.
Tisiphone, *Alecto*, ac hydris crinita *Megæra*.

Parcæ.

tamina tres Parcæ, *Lachesis*, *Clotho*, *Atropos* implent.

Musæ.

elpomene, *Euterpe*, *Uranie*, *Polyhymnia*, *Clio*.
erpsichoreque, *Thalia*, *Erato*, *tum Calliophea*.

Nymphæ,

ylva fovet Dryadas, juga Orcadas, arva Napæas.
ajades in fluviis, Nerêides æquore degunt.

Cælestia signa

Ursa, Arctos, Helice, Plaustrum, Cynosura Boo-
tes,
Arctophylax sequitur, stat Orion, Plejades hu-
ment.

Zodiaci.

Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo.
Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora,
Pisces.

Gorgones.

Gorgones Euriale, *Sthenyo* simul atque *Medusa*.

Lar-

a *à Xerxe*. b *Alpes ab Annibale*. c *Alcinoi*. d *Ubi Draco aureorum pomorum custos*. e *pensiles Babylone*. f *Esquiliis*.

Larvæ.

Uno *Empusa* pede est: *Lamia* uno frontis ocello.

Monstra.

Torva *Chymæra* triplex est, *Sphynx* ænigmata nectit.

Sirenes blandæ, latrans *Scylla* atque *Charybdis.*

Equi Deorum.

Sole *Phlegon* regitur, *Pyrois, Eous* & *Æthon.*
Orphnæus, Nyctêus, Æthon, Plutonis *Alastor,*
Cum *Balio Xanthus* currum moderatur Achillis.
Cyllare Amycleum; fers *Pegase* Bellerophontem.

Canum nomina.

Pamphagus & *Dorcêus* Actæonis, atque *Melampus,*
Auram *Atalanta* fovet; *Raucisque* ac *Issa* catella est,
Virgilio latrator *Hylax* simul, atque *Lycisca* est.
Gargitius te *Geryon* defendere visus.

Quarum rerum Regiones feraces sint.

ARmentum Calaber, Friso, Thrax atque Britannus;
Datque *Asinos* Antron, Arcasque, dat Astur, & Argos.
Africa & Armenii *Tigres* dant, atque *Leones.*
Est *Pardus* Libycis, *Elephas* celeberrimus Indis.
Germanis *Uros,* Litvanis cedimus *Ursos.*
Hybla & Hymettus *Apes, Apros* Erymãthus habebit
Hædus ab Ambracia, Melitâ *grus, Salmo* Aquitanis.
Pavo Samo. Numidis *gallina, anguilla* Timao
Carpio Bænaci, Velitrarumque *ova,* Rhodique
Caseus, Ægyptique fabæ, raphanique Alemanni.
Junge Venafranum his *oleum, porrosque* Phalisci,
Pomaque Phæacum, *lactucas* Cercellarum,
Et Capuæ *pepones* simul *asparagosque* Ravennæ.

Pacto-

Pactolusque, Tagusque *aurum* dabit, Hermus, Hydaspes,
Tuscus *Aruspicio* celebratur, *aromate* Persa,
Aspides Ægypti celebres, *absynthia* Ponti.
Anguillis Ganges, *Auratis* gaudet Epirus.
Aspagonum *à buxi*, ac *lauri* sunt, *pomaque vitæ*.
Assyria est *Bombyx*, ab Hebræa, atque Elide *Byssus*,
India *Berillum* Siculus submittit *Achatem*.
Corycii Ciliceſque *Crocum*, *nasturtia* Bablon.
Umber *b nare* sagace: Lacon valet ore *Molossus*.
Fidus Amycleus, Melitæus blandus in ulnis,
Chaoniæ, Syriæ, Idaliæ, Paphiæque *columbæ*.
Donat Erythræum *c* conchylia, Lucrinusque *d*
Æs Dodona, Cyprus, Melite, Themeseque Corinthus.
Noricus *ensem*, *angues* Calabri, *Cygnosque* Caystèr,
Bilbilis, Eridanus, Tanais, Mæander, Amiclæ,
Maurus amat *citros*, dat Creta *cydonia*, Cumæ
Dant *cepas*, *cerasos* Pontus: Phænicia *cancros*.
Calceus ex Sicione venit, *Cos* Lydius, & *calx*.
Tiburtina placet; Melite, & Milesia *lana*.
Gryphes hyperborei, Massyli, Indique *Dracones*.
Assyrios *ululæ*, sed Athenas *noctua* quærit.
Gangara, dant *Cererem* Moravi, Siculi, atque Cremona:
Africa, & Appulia, atque Ægyptus, Bœtis, Eleusis.
Phæaces Capuani, ac Vivaresia *e fructus*.
Stat Lybano *cedrus*, stat Olympo *Laurus*, & Idâ
Fraxinus, atque *Larix*, *populos* dat Creta, Padusque.
Palmam Ægyptus, Idume habet, ac Pharos: Ida. *Cupressum*
Sassina *lac* Umbris, datque Insula, Fortunata

D Ta-

a *Sunt Indiæ populi.* b *Canis.* c *Mare rubrum.* d *Lacus Campaniæ.* e *Pars Galliæ, ad Rhodanum.*

Tarraco, & Ægyptus Cumæ, dat *lina* Caristus. a
Finge Saguntinâ aut Samia tellure *lagenas.*
Lilia dat Syria, ac Susæ, b *lepores* Baleares. c
Attica *melle* frequens, Calabri: Siculique, calidna d
Unio Taprobanæ, e *mulæ* laudantur Iberi,
Murænas Siculi, *Rhombosque* datura Ravenna est.
Dat *mullos* Boreas, Bajæ, Lucrinus, Abydus.
Ostrea, datque *lupas* Tibris, *pisce* Aulis abundat.
Thracia dat, Rhodopeque *nives*, Scytha, Taurus, & Othris.
Sunt Ponti, Thasiæque *nuces*, excellit Avella. f
Narcissum Lycia, & Babylon *Nasturtia* gignit:
Bœtis, & Eurotas, Claros, Sicyonque, Venafri
Dant *oleam*, Assyrius, Panhaja, Sabæaque *odores*:
Dat Nilus *calamos*, *chartam*, dat *stragula*, *vela.*
Pruna Damascus habet. Calaber *pyra*, *porra* Tarentum.
Serpentes Afri, Mauri, Libyci, Sinuessi.
Parthia, Creta, Cydon, Lycia, ac Gortyna *sagittas.*
Gesa olim Galli, Macedo tulit ante *sarissas.*
Sal hammoniacus, Bisontius, atque Tarenti,
Sus Arcas, *Talpæ* Bœotæ, Persica *tela.*
Bajanas Capuæ, & *Thermas* laudamus Aquenses.
Sit Parium, Phrygium, Spartanum *marmor*, & Idæ.
Cæcuba *vina*, Falerna placent, & Massica, Chia.
Coa, g Moronæa, & Mareotica, Lesbia, Rheni.
Thessalia, & Colchi, dat Pontus, Iberia *virus.*
* *Mella* dabunt Lechi *Cererem vellusque Salemq;*

De Italia hæc celebrantur.

URbs Patavi *studiis*, Venetorum *mercibus* ampla,
Et Genua est *domibus*, *veterum* stat laude Ravenna.
Lucaque *marmoribus*, Vincentia, Senaque *ceris* h

Ti-

a *Ægypti Insula.* b *Urbs Persiæ.* c *Insulæ.* d *Una est Cycladum* e *Arabiæ insula.* f *Campaniæ urbs* g *Cos insula vitifera.* h *Nobilium.* *

Tibur amœnum hortis. Sed Roma, Neapolis omne est.

Rerum variarum Inventores

MUsicus Amphion *Citharâ*, Terpander, & Orpheus
Lusit, Mercurio *Lyra* servit, *fistula* Pani,
Palladi oliva virens horologiumque Thaleti.
Mel dat Aristæus, dat *vites* Bacchus, *aratrum*.
Triptolemus, *frugesque* Ceres; sed cura caballis.
Frena Peletronii, *sistrum* dat Memphis, Apollo
Rem medicam, *navim* Jason, Palamedis honori
Nonnulla in *Græcis* debetur *littera* signis a
Nota Gruum Ars Coracis Cadmique est docta loquendi.
Sed dedit Assyriis litrâs Rhadamanthus, Anubis
Ægypto, Græcis Phœnix, Carmenta Latinis.
Est *tuba* Tyrrhei, Capanei *scala*, Anagalis
Ferre pilam, Thymeles *saltus*, Glycereque *coronæ*,
Purpura ut Alcidæ, sic est *diadema* Lyæi.
Lydorum *tinctura* fuit, *pictura* Cleanthis.
Cum gladiis hastam galeamque tulêre Lacones.
Tela dedêre Scythæ, *Pilum* Tyrrhenus, & *hastam*
Velitis. *Amentum*, *jaculum*, *tum lancea* prodit,
Ætolo. Mysis *loricæ scutaq;* Prætis.
Debentur. Cares *cristas* reperêre, *ocreasque*.
Est *catapulta* Syri, *ballista* & *funda* reperta
Phænicum, Diadis *turres*, *aries* sed Epæi.
Artmonis b *testudo* & Amazonis apta *securis*.
Centauris debetur *eques*, tum *Scorpio* Cretæ.
Fœdera dat Theseûs: reperit *venabula* Piseûs.
Germanis *nitrius pulvis*. *sclopique* reperti·
Servius *æs* signat, *nummos* Ægina reliquit.
Ægypti est *clibanus*, *pistor* Pilumnus habetur.

a *Ex gruum ille volatu Græcis* θ φ ξ χ *desumpsit*. b *Pro Artemonis*.

Cyclopes, *ferrum*, sed *lignum* Dædalus *arte.*
Efformare docet, datque *instrumenta fabrorum.*
Æs, aurum, ac lapides docuit nos *fingere* Cadmus
Primus Erichthonius visus *conjungere currus.*
Dædale tu *malum navi*, dasque Icare *velum.*
Hos, cùm Teuto *typos reperit*, superavit honore.
Sunt Rhadamantheæ *leges*, Dariique *tributa.*
Primus *Olympiacis* Hercles *ornatur olivis.*
Hinc *discus, cursus, saltus, pugil* atque *palæstra* est.
Pythia pro pomo *a* celebrat tibi Græcia Phæbe.
In *Nemeis* aprum victor lugubribus aufert,
Isthmia dat Theseus Neptuno, sertaque pinus.

Propria diversarum Nationum.

ASt*rologos* Babylon, Ægyptus, Memphis alebat.
Creta *sagittiferos*, Persæque, Scythæque, Geloni.
Andabatæ *clausis oculis pugnare* feruntur.
Gloria navalis, statuaria tollit Athenas
Ornant *sermo brevis*, legumque inventa, Lacones.
Bœotes, fortemque Æginam *athletica* tollunt.
Et *cithara* exornat Mitylenen, *tibia* Thebas,
Chaldæi *vates.* Persæ sunt *luxuriosi.*
Urbs dat Alexandri *Geometras, Grammaticosque.*
Thuscus *aruspicio, Magicâ*, sed Thessalus *arte.*
Ingenio Græcus valuit, sed *fallere natô.*
Parva fides Afris, Numidis *constantia.* Chius.
Est *petulans*, Syrus est *avidus*, Galatæque *minaces.*
Brutius,, Argivusque *latro* est, *fur* Anglus habetur.
Formosi simul atque *agiles, mendacia fingunt.*
Cappadoces, Cretes, Cilices, Persasque, vel Indos
Otia delectant. Lydorum crede *labores.*

At-

a *Victori donari solito*, *Ovid. æsculô coronatum dicit.*

Atque Phrygum Ætoli, Locrenses *fœdera frangunt.*
Sunt Cumani *hebetes*, Bœoti, Thebanique.
Est *levis* atque *alacer* Gallus: *gravis* atque *superbus.*
Candidus ingenio, sed *tardior*: Italus *audax.*
Et *pius* Hispanus: *fortis* Germanus & *asper.*
Et *vafer* & *lautus*, *iras deponere segnis.*
Humanus Belga est, sed *mollis*, *laudis amator.*
† Sarmata *Marte potens* studio Virtute *probatus*
Moribus *excultus verax* ac ore *disertus.*

Rara quædam naturæ & artis.

NAtus Agrippa fuit pedibus prior. Iphis utrumque,
Tiresias, Cenusque adiit, post tempora, sexum.
Factus Arestusa, ut post sponsam sponsus Ariston *
Ut Carbo & Curius; dentata Valeria nata est.
Nascitur arridens Zoroastres, Democritusque
Omnia derisit, deflevit ùt Heraclitus.
Crassus, Anaxagoras, Cato, non risisse feruntur.
Sed splenem cohibere nequis Xenophonte solutum.
Censor Aristarchus gravis est, Lynceusque videndo
Pollet, Aristomenes, hirsuto corde, probatus a
Mecænas insomnis erat, b bustoque relatus
Cælius est Tubero. Confidius ipse locantem
Busta sibi in bustum traxit: medioque sub igne
Oviola evigilat rursum. Colapiscis inhæsit.
Urinator aquis, solo se lacte Philinus
Pavit. Smindirides occasum nescit, & ortum c
Subnexo pedibus plumbo gravis esse Philetas
Incipit, & contra ventorum flabra resistit. d

* *Plinius de mutato sexu.* a *Ab ingenio, & fortitudine.* b *Trienniô ante mortem somnum non vidit.* c *Qui neque orientem solem, neque occidentem vidit, semper in lecto, aut mensa.* d *Pòëta tam levis, ut vento impelleretur.*

De vomica valuit gladio percussus Jason. *a*
Cornelium Ruffum fecêre insomnia cæcum, *b*
Et Plato narratur natus de virgine, somno
Fœcundante thorum. *c* Sic Gymnosophistaque partu.
Budda latus pandis. *d* Populus caret astomus ore.
Aure carent Sambri, fert Blemmius os, oculosque
Pectore, promissa vestitur ab aure Gilonus:
Nigritarum oculum media Rex fronte coruscat.
Plinius hæc celebrat, sed vates credite Nanos,
Certa fides celebrat Pygmæos, Syrbotasque
Octonis longos cubitis, priscosque Gigantes.
Struthius *e* excludit pullos spectando camelus.
Et febris, *f* & clibanus pandit Memphyticus *g* ova.
Piscantis torpedo manum, remoræque triremes
Defigunt, fundit lethale tarantula virus.
Sanandum cantu, *h* fatalem Scorpius ictum
Occisus sanat, præsens Carbuncule *i* virus
Sudando prodis, resoluti sanguine nasi
Noscitur occîsor. Busonem ruta trahentem
Mustela avertit, consumunt fulmina vinum,
Æraque, vaginâ, loculis, ac vase manente,
Ætna vomit flammas, Liparaque, Chimæra, Vesevus.

Mo-

a *Pheraus, quem hostis vulnerans incurabili malo liberavit.* b *Hic enim excæcari se somnians, cæcus evasit* c *Cujus mater ab Apolline se fæcundari somnians, concepisse creditur.* d *Uti & in Belgio Eligius Rossel, Anno Christi 1352. peperit, ut est in specul. imag. l. 2. c. 5.* e *Struthiocamelus non incubando, sed intuendo ova excludit.* f *Sub febricitantium axillis ova Gallinacea excludi possunt.* g *In Ægypto pullos ex ovis in clibano tepido excludunt.* h *Ad musicos numeros, saltusque læsum curari asserunt.* i *Carbunculus gemma.* k *Rupes in Asia.*

Mobilis Harpasiæ rupes est indice, totis
Viribus immota est. Tellus Parasina a medetur
Vulneribus. Trojæque lapis consumit edendo
Corpora Sarcophagus. Mons Indi fluminis alter
Æra rapit, refugitque alter. b Transcendit Olympus.
Nubila, vincit Atlas, atque Acroceraunia nubes,
Perpetuasque nives, Alpes, Rhodopeque ministrant.
Flumina quid memorem? malesanis funditur undis.
Styx, Lethe, Plegethon, Acheron, Cocytus, Avernus c
Refluus Eurippus, Mæander. At Asphaltite
Nil mergi, patiturve suis Arethusa sub undis d
Major ab affusis non fit Mandurius e undis
Nec minor exhaustis. Silaris, f lapidescere lignum
Tuque Veline facis, g prohibes, Clitorie h vinum
Gustanti, sapidis Lyncestis i inebriat undis.
Cyzicus k extinguit Venerem, Bœotius l auget.
Mnemosynen fons alter habet, ~~fons~~ opprimit alter. m
Ingenium Siculus acuit, sed Coëus aufert. n
Boniccus o vegetat senium, plagasque Scotusa
Quaslibet, in duris facit & coalescere lignis.

 Cal-

a *In Thaurorum peninsula.* b *Plinius l. 2. cap. diversis* c *Lacus est Campaniæ, supervolantes aves enecans odore sulphureo, ut Styx pota homines, ob hoc inferis dicatus.* d *Illa Judææ lacus, hæc Armeniæ majoris fluvius bituminosus.* e *Lacus in Salentino juxta Manduriam. Plinius* f *Samnitum fluvius.* g *In Piceno Italiæ.* h *Fons Arcadiæ,* i *Acidulæ in Macedonia.* k *Fons Proponidis.* l *Bœotiæ lacus.* m *Ibidem juxta flumen Orchomenon unus fons memoriam, alter oblivionem parit.* n *Siciliæ fons ingenium, obtundit in Coa insula alter.* o *Fons in Hispaniola, ut Cardanus de subtil.*

Calculus ad Bœtis fontes, *a* fluxusque cruoris *b*
Tollitur. Hammonis friget diu, noctibus ardet.
Frigidus Illyrius vestes accendit, aquisque,
Samosatæ limus flagrat. Fons Carinensis *c*
Hic nihil admittit, nihil ille excludit ab undis.
Pinthia nil mergit, Siliæ nihil innatat. Ignem,
Dodonæus *d* alit gelidus, cerasque flagrantes
Extinguit, revocatque extinctas. Luce recedit
Hic mediâ, tenebrisque redit. Bithynus adurit
Perjuros Olachas. *e* volvitque Aphrodisius *f* undas.
Ad partum steriles, fætas Sinuessa *g* propinat.
Vulnera Leucogei fontes, *h* atque Albula *i* curat.
Cydne *k* levas podagram, sed Anygris *l* tollis, odorem.
Cephiso *m* pugnare Melas narratur is albas,
Hic dat oves nigras. Pineûs Xantusque sequuntur
Ille nigras facit, hic rufas. Candescere verò,
Clitumnus *n* pecudes gaudet. Tu candide Crathis
Das homines niveos, Sybaris tamen efficit atros.
Par oleo flagrat unda Lyci: fert pota venenum.
His paria invenies. Rumpetur pellis ovina,
Quando lupi quaties. Non tangent fulmina laurum.
Non aquilam: vituli cutis est sat tuta marini.
Lanâ, lacte, pluit, ferrô, tum sanguine, carne.
* Si te cura manet miracula magna videndi
Crede, stupenda tibi Bochna Vielisca dabunt
Concelebrant alii septem miracula mundi.
Octavum annumeret cum sale Bochna tibi.

a *Juxta Antiqueram in Hispania* b *Ibidem haud procul Burgis juxta pagum Bæotium. Marin. lib. 1.* c *In Hispania, quem Pluthia in Sicilia, & apud Indos Silia imitatur* d *In Dodone fons Iovis, ut Plin. lib. 2. c. 11. 3.* e *Mira hujus fluvii in Bithinia vis in Pejerantes solum.* f *Ciliciæ fons videtur.* g *In agro Campano.* h *Iuxta Puteolos.* i *Haud procul Româ.* k *Ciliciæ amnis.* l *Mesopotamiæ.* m *Bœotiæ.* n *Fluvius Imbriæ.* o *Ex Indiæ fontibus.* * *Vide de his aliisque Plinium, Officinam Ravisii, & speculum imag. P. Masen. lib. 1. c. 10.* * *Epi-*

* *Epigramma est Aczyij Hungari in laudem salisfodinarum Poloniæ.*

Variarum Regionū fluvii, & montes

Italiæ fluvii.

DUria, Ticinumque, Athesis, Padus *a* Abdua, Lyris,
Aufidus, atque Tybris, Vulturne, Metaurus, & Arnus.

Montes.

Massicus, Apennine, Alpes, Gargane, Vesevus.

Sicil, fluv, & fontes.

Hypsa, Hymæræ, Cyane, Terias. Geta, Anapus, Elorus.

Montes.

Ætna, Pachynus, Erix, Lilybæo junge Pelorum,

Hispaniæ fluvii

Bætis Anas *b*, Minius *c*. Tage *d*, Durie *e* cedis *Ibero. f*

Mons.

Hic Pirenæis Sicaris *de montibus ortus.*

Galliæ fluvii.

Tardus Arar, Rhodanusque *celer*, Mosa, Sequana, Scaldis,
Matrona, cum Ligeri, junctusque Mosella, Garumnæ.

Germaniæ fluvii.

Luppia, Rura, Amesis, Mœnusque, Visurgis, & Albis.
Danubius, Nicrus, Lichus, Oenus, Vistla, Viadrus.

Silvæ.

Cæsia, *g tum* Martis, *h* Hercynia, *i* Luna *k virescunt.*

Montes.

Abnobæ, juga Suditi *l tum* Rhetica, *m* Taunus, *n* *Illy-*

* a *Eridanus dictus.* b *Iuxta Lusitanos.* c *In Galacia.* d *In Lusitania.* e *Iuxta Tarraconem.* f *In Tarrac.* g *Vesalia.* h *Martiana Brunsuici.* i *Bohemiæ.* k *Wittembergiæ.* l *Bohemiæ.* m *juxta Bonnam ad Rhenum.* n *Moguntiæ oppositus.*

Illyrici fluvii, ac montes.
Dravus, & Una, Drison, Save, Arrabo, Bosna, Timacus.
Arsia tum Naron. Juga, Carpathus, Aureus adde.
Græciæ fluvii.
Ismeno Phocis. Cepiso, Asonus adhæret.
Montes.
Hic Helicon, Pernassus, Othrys, Callidromus Oeta.
Pelopon. fluvii.
Eurotas, Penêus, Erasinus, & Inachus, Alphêus.
Montes.
Taygetus, Pholoë, Stymphalus, Tœnarus hærent.
Epyri fluvii.
Hic Acheron, Acherusa palus, Acheloë, Celidnus
Montes.
Hic Pindus Musas habet, Acroceraunia nubes.
Maced fluvii.
Sperchius,& Strymon, Aliagmon,Chabris,& Apsus.
Thessaliæ Montes.
Pelius, Ossa & Olympus; Hymettus, Athosque, Cithæron.
Extremi Europ. fluvii.
Vistula, Narva,Chronus, Codanus, Duina, Turulis.
Montes.
Rhiphæi montes, Obiique, & Carpathus, addes.
Turciæ fluvii.
Nestus, Hebrus, Biabrus, Tanisque, Borysthene juncto,
Mœotis, Tyras, Patiscus, Hirascus, & Ister.
Montes.
Bosphorus, Orbelus, Rhodope, simul Ismarus Hæmus.
Asiæ fluvii
Euphrates, Tigrisque, Melas, Jordanis, Araxes.
Cambyses, *Medis* Cyrus, *Susysque* Oroates,
Cognitus & Phasis *Colchis*, *Trojæque* Scamander.
Bithynis Mæander, Partheniusque, Caicꝰ,

Taque

Tuque Caiſtre tuis *Lydis*, Xanthusque, Chimæra. *a*
Et *Cilicis* Cydnus, *Syriis* Lyce, Belus, Adonis.

Montes.

Caucaſus, atque Corax, tum Taurus, Oronta, Niphates
Caſpius, Oriminus, tum Cadmus, Olympus Amanus.
Phænix, Ida, Chimæra, Mimas, Tmolus, Libanuſq;.

Africæ fluvii. & Montes.

Nilus, Tuſca, *palus* Triton, Rubricate, Nigriſque
Cinyphus & Mulucha. *b* Jugô celeberrimus Atlas.

Indiæ Orient. fluvii.

Euphrates, Hypaſis, Ganges, *c* ſimul, Indus Hydaſpes.

a *Mons in Lycia.* b *Fluvii ſunt.* c *Auri fluvii.*

Poloniæ fluvii.

Sang, Varta, Bugg, Nemen, Duna, Viſtula, Prut, Brda,
Pripetius, Motlava, Tyras; Radunia, Vinda.
Narva, Srzeniava, Notes, Styrus, Obra, Boryſthenis undæ.

Montes.

Carpatus, & Pilſko, Vavel, Calvusq; Paſierbiec.

Brevis 4. Orbis partium deſcriptio.

Itali.

AUſonii, Oenotrii, Saturnia, *gens*, Tiberina.

Hiſpani.

Celtiber, Heſperius, Tarteſius, eſt & Iberus,

Galli.

Allobroges, Celtæ, tum Vaſco, Nemauſius *idem*.

Germani.

Germanus, Alemannus *erat*, cum Thuſcone Teuto.

Græci.

Argolici, Graii, gens Attica, turba Pelaſga.
Cecropii, Argivi, Danai, Jungantur Achæi.

Extremi Europæi.

Thrax, Valachus, Scytha, Longobardus, Sarmata, Dacus.

Bul-

Bulgare, Silvanus, Moldavus, Tartare, Moschus,
Poloniæ Populi.
Russia, Livonii, Podelasci, Suntque, Masovi,
Cassubii, Samogitii, Litavique Borussi.
Asiatici.
Persa, Phryges Medi, Parthi, Lydique, & Iones.
Pamphilii, Cilices, Cares, Bythynia, Pontus,
Assiriique; Palestini, tum cultor Idumes,
Phœnicesque, Petræus, Arabs, Nabathæus, Hæbreus.
Cos, Rhodus, atque Samos, Chios, Lesbosque, Cyprusque.
Insulæ finitimæ.
Hic Pelusiaci, Mareotica, gensque Canopi,
Ægyptii, & urbes.
Quique Paretonii dicuntur, Niligenæque.
Hic Pharos, & *Thebæ*, tum *Memphis*, *Alexandria*.
Massylii, Libyci, Maurusius, & Nasamones.
Africani.
Getuli, tum Marmatici, Mauri, Numidæque.
Punica gens, Pœni, Tyrii, *Carthaginis* hæres.
Carthaginens Insulæ.
Gorgades, Hesperides, Fortunatæque virentes,
Hic Brasili, Castella, Peru, nova Spania, Cuba.
America Meridionalis,
Florida, Virginis, & nova Francia, Mexica tellus.
Septemtrionalis.
Hæc Sinæ, regnum Congi, & Monomotapa claudat.
India Orientalis.
Hic Cambaja, Pegu, Malabar, Narsinga, & Orixa.
Et Bengala, Sian: Mogores Septentrio claudit.
Septemtrionalis.
Troja Phrygi, *Thebæ* Tyriis, *Carthagoque* Pœnis.
Urbes præcipuæ Orbis.
Roma Italis, *Babylon* Persis, Græcis & *Athenæ*,
Gallis *Parisii*, *Amstelodamum* porro Batavis:
Germanis *Augusta* placet: *Antverpia* Belgis.
Austriadûm Vienna est, moravorum gloria Bruna.
Judæis *Solyma*, *Byzanti* Mœnia Turcis. *Goa*,

Goa, Malaca, Indis *Calecut,* ſed *Praga* Boëmis.
Ceſſit Dantiſcum, Cracovia, Vilna Polonis.

Finis Synonymorum,

COMPARATIONES.

Quas & Pòëta in Carmine, & Orator in ſoluta Oratione, cum gratia, adhibere poteſt.

Ædificia ſumptuoſa comparari poſſunt.
MUris Babyloniis.
Turri Phariæ.
Templo Dianæ.
Mauſolæo,
Templo Jovis Olympici.
Amphitheatro Rom.

Amans comparari poteſt.
Hæderæ & ulmo

Amicorum par.
Pyramo, & Thyiboe.
Caſtori, & Polluci.
Menelao, & Agamemnoni.
Piladi, & Oreſti.
Achilli & Patroc:
Nyſo, & Euryalo

Amoris ardor
Tædæ accenſæ.
Thuri cremato.
Plumbo fundâ ejecto.
Segeti incenſæ,
Ætnæ incendio.
Herculi Oetæo.

Anni tempora,
IV. Ætatibus hominum.

Architecti inſignes,
Dædalo Menecrati, Creſiphonti, Epeo Archimedi.

Amore liqueſcens
Cum Cera, pruina.
Nive, à ſole ſoluta

Armorum fragor.
Balliſtæ, Turbini
Tonitrui, Pelago.
Ætnæ.

Avarus.
Tãtalo Euclioni.
Hydropico.

Augures.
Etruſcis antiquis
Tireſiæ.
Amphiarao.
Calchãti Heleno

Auxilium implorans.
Natanti.
Ægro depoſito.
Naufrago.
Naviganti.

Auxilium ferens.
Phæbo poſt casũ.

Phaë-

Phaëtontis,
Sideri Amico:
Fonti in via re
perto.
Castori, & pollu-
ci.
Barba incipiens.
Malis Cydoniis.
Bello timendus.
Heroi, 9Fulmini
Pestifero sideri.
Ruinæ montis.
Marti, Giganti,
Tigridi, Leoni.
Cadens.
Arbori Saxo.
Victimæ.
Cantu laborem fal-
lens.
Fossori Remigi.
Pastori.
Puellis pensa
trahentibus.
Castus.
Hippolito.
Bellerophonti.
Spurinæ Nicetæ
Casta.
Palladi. Dianæ.
Penelopæ.
Lucretiæ.
Virgini vestali,
Fæminis Sabinis.
Clamor ingens.
Urbi captæ.
Clamori nautico
Mari.

Ætnæ mugitui.
Silvæ à ventis
concussæ.
Latratui Scyllæ.
Conscientiæ vermis
Titii vulturi, ei-
dem jecur exe-
denti.
Consilii inops.
Nautis guberna-
tore destitutis
Constans.
Rupi. Colosso.
Quercui.
Cauti Marpesiæ.
Crudelis
Mauris, Scythis.
Phalaridi, Busir
di.
Tigridi, Lupo.
Leænæ.
Diomedi.
Theomedonti.
Scyroni. Procu-
sti.
Schini.
Neroni Imp.
Currens.
Navi Torrenti
Sagittæ. Equo.
Fulmini. Ventis.
Cursu præstans.
Camillæ Atalãtæ
Ladæ. Athæ.
Perseo. Abari.
Dives.
Crœso Regi.
Mydæ Regi.

Crasso. Roman.
Lucullo Roman:
Salomoni,
Cleopatræ Reg:
Dolor ex amissione
rei amatæ.
Andromaches.
Calypsûs,
Matris orbæ.
Philomelæ.
Heliadum.
Turturis dolori,
Dubius animi.
Arbori ventis a-
gitatæ. Mari.
Navi.
MæãdroTritoni,
Æstui Maris.
Eloquens
Ulyssi. Nestori
Demostheni,
Ciceroni.
HortensioPericli
Evanescens.
Vento: Fumo,
Somnio. Umbræ
Bullæ, Nivi,
Excellens,
Cupresso. Pegaso
Lunæ. Dianæ.
Lucifero.
Fur.
Caco, Autolyco
HarpyiisCorvis,
Fugiens.
Damæ, Cervæ.
Columbæ, Lepo-
ri.

Furiosus.
Oresti. Corybāti
Bacchæ. Phæbadi
Tauro, Leoni.
Tigridi. Ursæ,
Garrulus.
Tintinnabulis,
Rusticis æra pulsantibus in lunæ Eclipsi.
Gravis Severus
Catoni. Fabricio,
Curio.
Inconstans sive mobilis.
Folio. Plumæ
Aristæ. Mari.
Vento. Syrtibus.
Aritoni, seu Vertumno.
Insequens fugientem.
Accipitri Falconi
Cani venatico.
Tigridi.
Insidiator.
Pastori. Aucupi
Piscatori, Lupo.
Catto, seu feli,
Iram ponens.
Ventis, Jovi,
Mari pacato,
Nebulæ,
Irruens in hostem.
Lupo, Leoni
Torrenti. Urso
Ceutauris Tigridi.

Iratus
Aheno exundāti
Leoni saucio.
Apro. Leænæ.
Viperæ Pātheræ
Mulieri, Leoni circum vento,
Labor assiduus
Sisyphi saxo.
Lacrymæ,
Amni. Pluviæ,
Fonti, glaciei nivibus solutis.
Lacrymans.
Briseidi,
Andromachæ.
Philomelæ.
Niobi,
Glaciei,
Leges salutiferas condens
Cereri. Numæ,
Saturno, Minoi.
Lycurgo, Soloni
Liberalis.
Nimbo, Tago.
Hermo.
Aureæ Jovis pluviæ.

Lugens infortuniū
Philomelæ,
Prognæ. Cygno.
Halcionibus,
Clymonæ.
Levitas animi.
Foliis autumnalibus.

Aristæ. Mari,
Syrtibus,
Iræ fæmineæ.
Medicus.
Apollini.
Æsculapio.
Machaoni.
Podalyrio, Pœoni.
Textrices.
Minervæ.
Arachnæ.
Penelopæ
Turba.
Foliis Arborum.
Avibus, Floribꝰ.
Fluctibus,
Apibus. Arenæ.
Acervo lapidum
Murmur confusum,
Strepitui silvæ.
maris sonitus procul audito.
Musicus.
Orpheo Amphioni,
Arioni, Apollini
Navis
Columbæ volāti
Sagittæ Missæ.
Fulmini.
Pallor & pallidus
Argēto Marmori
Frondibus.
Malis Cydoniis.
Prunis. Nautis,
Agricolis.

Territo serpentis cursu,	*Pulchra,*	Statuæ Domitiani.
Statuæ marmoreæ, mortuo,	Lunæ. Veneri.	Jovi olympio.
Pallenti Lunæ.	Dianæ, Palladi,	*Tempus.*
Poëta Epicus.	Nymphis Helenæ,	Flumini,
Homero. Virgil:	Hippolytæ	Fumo. Vento.
Poëta Lyricus.	*Quærens.*	*Timor.*
Pindaro: Horatio	Cani venatico.	Agnæ. Lepori,
Poëta Elegiacus.	Cereri Proserpinam quærenti	Columbæ,
Tibullo. Ovidio,	Venatori,	Cervæ.
Propertio,	*Saga.*	*Timore tremens.*
Poëta Epigrammatographus.	Circæ. Medeæ.	Mari, Cannæ.
Catullo. Martiali	*Sepulchra magnifica*	Virgæ. Segeti.
Poëta Tragicus.	Pyramidibus Ægypti. Mausoleo	Frondibus.
Sophocli. Senecæ	*Solatii effectus.*	*Timore fugiens.*
Æschylo.	Lampadi infusô oleô.	Damæ, Cervæ,
Pudore rubens.	Venæ infusô merô.	Columbæ, Agnæ
Ostro. Auroræ.	*Solicitus.*	*Verborum in movendo potentia.*
Rosæ. Pomis. Uvis.	Volucri anxiæ, ubi nidum construat.	Incantationibus.
Pugnantes.	Volucri pro pullis absentibus solicitæ.	Medeæ, Circes,
Tauris. Apris.	*Statuarii.*	Marsorum,
Ventis. Equis.	Phidiæ Polycleto	Thessalorum,
Pulcher.	Praxiteli Lysippo	*Uxor proba. & virum amans.*
Baccho. Apollini	Mentori. Mironi	Andromachæ
Castori. Polluci	*Statuæ altæ.*	Laodamiæ
Narcisso.	Colosso Rhodio,	Penelopæ,
Hyacyntho.		Clytemnestræ,
Phaoni,		*Uxor contentiosa. mala.*
Helenæ, Absaloni:		Xantippæ, Baucidi.
Paridi. Ganymedi.		
Nereo.		

BREVIS

Et Percommoda.

INFORMATIO

Ad quodvis Carmen facile componẽdũ

Nec non de necessario & apto usu Epithetorum, quæ hic de industria apponuntur; *idque.*

per varios pedes dispofita.

Adferuntur observationes notatu dignissimæ.

amo SUbstantivo uni addas alterum, sed tale, ut prius debeat poni in genitivo juxta regulam *Quotiescunque vg*, habens in Carmine, Cælum, aut polus v, terra; v, mare, v, taurus, &c, Addas illis unum substantivum, vg, Regia Cæli. Sidera, tecta, regna cæli, aut Poli; domus Olympi, siderum Domus &c. Item dic munera, vel gramina, vel viscera terræ, vel soli aut, telluris opes , &c dic: flumina, marmora, procellæ ponti, æquora, aut maris Dii: flamina, furor, flabra. murmura venti: &c. Utriq; vel uni addas Epithetum, & carmen quodcunq; facilè erit confectum; Pro exemplo sit hæc materia,

Dum video Cælum, sperno terram.

Hexam.

Dum video superi radiantia Sidera Cæli.
Noxia despicio perituræ munera terræ.

Pentam.

Dum video superæ lucida regna domus,

Pentam.

Rideo pulverei, munera vana. soli.

Adon.

Adon.

Quando Serena. Cerno Beati.
Sidera Cæli. Rideo vana.
Interituræ Munera terræ.

Hymn. Quando micantia Sidera fulgidi
Intueor poli Exitiabilis.
Impia munera Despicio soli.

Stropha Horatiana.

Dum luminosos Sidereæ domûs.
Contemplor orbes, Sperno volubiles
Telluris invitantis ausu.
Divitias generosiore.

Stropha Saphica.

Quando festivi Speciosa Cæli.
Astra contemplor, vitiosiora.
Quæ suis offert sceleratus orbis
munera sperno.

Eodem modo ex eadem materia, mutatis fere solum Epithetis, versus alii formari possunt.

2do. Si materia desit, addi potest substantivo aliquod adjectivum vel participium regens aliquem casum: Tum illi casui novum adde Epithetum si necesse sit; & Carmen in promptu erit: vg. sit faciendum Carmen ex hac materia: venit laurea, adde Epithetum, regens casum, vg: digna, huic adde casum; vg. comis, Capillis, viro &c. hic iterum adde Epithetum & materiam sufficientem habebis vel adde participium regens casum, vg, laurea constans, vel parta cruore, sanguine, labore, &c. Tum dices.

Victoriosæ laurea dexteræ condigna, venit; digna cum genit ut & alia adjectiva more Græcorum vg. invictus animi &c vel.

Venit honoratis laurea, digna comis *Ovid.* vel
Venit honoratis generoso parta cruore.
Laurea, digna comis,

Si velis totum distichon, repetitionem in pentametro adhibe. Venit

Venit honoratis generoso parta cruore.
Laurea digna comis, laurea digna viro.

3*tio.* Similiter attende ad adjuncta vg, quis, quid, ubi quibus auxiliis cur quomodo quando &c, Quando Materia sufficiens Carmini struendo deest tum adjuncta illa, vel unum, vel duo, vel plura prout necessitas exigit interpone vg, Sit faciendum Hexametrum ex hac materia: Quo sum locutus & statim occurret tibi ore lingva &c.

Deinde quæras quomodo sum locutus? & dices modestè, timide audacter, &c. hæc adverbia muta si necesse sit vel in adjectivum, ut timido ore, modestâ linguâ, vel in substantivum vg cum timore, huic addere potes adjectivum vg, magno cum timore. Ulterius quærere poteris: quid sum locutus, & dices: sermones, voces, verba, &c Tum interroga: quæ & qualia verba sum locutus? & dices multa, pauca, honesta, &c.

Præterea quære: quis est locutus? & dices: ego timidus audax tristis! lætus, omitto: adjuncta alia. Ex his facile hæc Carmina construes.

Hæc ubi sum timidus tardo Verba ore locutus.
Hic ubi sum lento sermones ore locutus.
Hæc ego dum dixi cum magno verba timore.
Hæc ubi sum furtim lingva titubante locutus.

De Epithetis; quæ illorum excellentia.

Epithetorum magna in Carmine vis est, sive ad varietatem, ornatum, & copiam sive ad deprimendam, extollendamve pro rei dignitate orationem, vis enim metaphoram? dic cum Virgilio: Pontem indignatus Araxes? improba rabies, cæcus furor, livor edax, &c. Vis methonimiam? dic cerealia dona. munera bacchica, tristis senectus &c Vis hyperbole? dic pernicius Euro, ferrea vox, turris æmula Cælo &c. Vis quantitatem ob oculos ponere? dic: Vasti fluctus, immensum mare, immanis dolor &c, Vis qualitatem? dic: dulcia mella: Vis

 patri-

patriam & locum exprimere; dic Lariſſæus Achilles, Venus Cypria, hircana Tigris. Marſus aper, vinum Maſſicum &c. Vis ſimilitudinem? dic collum eburneum dentes nivei, labra roſea &c. adeo ut Epithetorum inveniendi facultas Poëtam propemodum faciat, & ſterilitas aſpirantem excuſet. Ut ergo tener Poëta & Epitheta ad manum habeat, & ſciat idonea leligere, & apta præ ineptis, hoc loci utriq; negotio conſulitur: Primo ſcilicet ponuntur Epitheta ſuo ordine ex ſingulis generibus pedum ut illis juventur ejusmodi Tyrones. Deinde ſubjunguntur præcepta, aliqua de uſu Epithetorum· Itaq; ordine præcedant pedes,

PYRRICHII. ᴗ ᴗ

Bonus, brevis, cavus, celer, datus, ferus, gravis, hebes, levis, malus, memor, minus, miſer, novus, niger, piger, pius, probus, putris, ratus, deſes, reus, ruber, rudis, ſacer, ſatur, tener, vafer, vagus, vetus vigil.

JAMBI ᴗ -

Atrox, bibax, bipes, capax, docens, dicax, duplex, edax, ferox, frequens, fugax, libens, loquax, lubens, minax, nigrans, nocens, potens, procax, rapax, redux, tepens, ſagax, ſalax, ſilens, tenax, tonans, triceps, tripes, vorax,

CHOREI - ᴗ

Acer, æger. æquus, albus, almus, altus, amplus, aptus, arctus, aſper, ater, auctus, auſus, balbus, bellus, blæſus, brutus, blandus, cæcus, calvus, canus, caſtus, cautus, celſus. certus, charus, clarus, claudus, craſſus, criſpus, crudus, curtus, curvus, denſus, deſes, dignus, dirus, divus, dives, doctus, dulcis, durus, falſus, fauſtus, feſſus, feſtus, firmus, flavus, fortis, fluxus, fœdus, furvus, fulvus, gnarus, gnavus, grandis, gratus, juſtus, lætus, largus, laſſus, latus, lautus, laxus, lectus. lenis, limus, lentus, lippus, longus, luscus, mœſtus, magnus, mancus,

mitus,

mirus, mitis, mollis, mundus, mutus, navus, notus, nudus, ortus, orbus, parcus, parvus, pauper, pingvis, planus, plenus, pravus, primus, promptus, pronus, pulcher, purus, putris, ratus, raucus, rectus, rufus, sævus, Salsus, salvus, sanctus, sanus, servus, serus, siccus, solus, spissus, spurcus, stultus, Sospes, svavis, sudus, summus, surdus, teter, tardus, torvus, totus, tristis, tutus, turpis, vanus, varus, udus, vastus, vernus, verus, vilis, vivus.

SPONDEI. - -

Amens, anceps, atrox, audax, bellax, candens, clemens, concors, constans, demens, discors, dispar, duplex, effrons, expers, fallax, felix, furax, Ingens, insons, mendax, mordax, prudens, pugnax, præceps, pregnans, præstans, præsens, socors, supplex, vecors, velox, verax; vindex, vivax.

TRIBRACHES. ᴗ ᴗ ᴗ

Acidus, agilis, alacer, avidus, calidus, celebris, cedrinus, crepitus, croceus, cupidus, docilis, dubius, decimus, decumus, facilis, famulus, fatuus, fluidus, fragilis, gravidus, gelidus, geminus, habilis, hilaris, lepidus, liquidus, luteus, Iyricus, madidus, magicus, medicus, minimus, medius, metricus, modicus, mutilus, nimius, nitidus, niveus, nocuus, patrius, patulus, pavidus, penitus, piceus, placidus, pluvius, profugus, properus, proprius, putridus, querulus, riguus, roseus: rutilus, rabidus, rapidus, refluus, refugus, reprobus, resonus, sapidus, similis, socius, subitus, superus, solidus, spurius, trepidus, tumidus, stupidus, stabilis, tacitus, tenuis, validus, vacuus, rapidus, varius, vegetus, viduus, viridis:

AMPHIBRACHES. ᴗ - ᴗ

Adject. 2. decl. à voc: Acerbus, acutus, adultus, aduncus, ahenus, amarus, amicus, amœnus, anhelus, apertus, apricus, avarus, avitus, eburnus, egenus, eous, equinus, hiulcus, honestus, honorus, inausus:

ineptus

ineptus, inermis, iniquus, inultus, obesus, odorus, onustus, opacus, opimus.

Adject. 3. Agrestis, anilis, equestris, herilis, inanis, inermis, ovilis.

Adject. à Conson. Beatus, benignus, boreus, caducus, caninus, canorus, caprinus. coævus, coruscus, cruentus, decorus, disertus, diurnus, dolosus, facetus, ferinus, gulosus, jocosus, jubatus, jugosus, lupinus, lutosus, malignus, marinus, modestus. molestus, nefandus, nivosus, nocivus, paternus, peramplus, peritus, petulcus, pilosus, politus, præaltus, probatus, probrosus, profanus, profundus, profusus, propinquus, protervus, pudicus, quietus, recurvus, remissus, remotus, rotundus, sacratus, scelestus, secundus, egenus, severus, solutus, sonorus, superbus, supernus, supinus, supremus, timendus, trisulcus, venustus, verendus, vetustus.

Declin. 3æ. biennis, biformis, celebris, curulis, dapalis, decennis, febrilis, fidelis, forensis, gregalis, nivalis, novennis, palustris, pedestris, peracris, perennis, rebellis, salubris, servilis, sodalis, trienis, triformis, trilingvis, trimestris, trinodis, volucris, peracer, perasper, saluber, superstes.

DACTYLI. -∪∪

Adjectiva 2æ. à vocali. Æmulus, æneus, æreus. annuus, anxius, arduus, aridus, avidus, avius. aulicus, aureus, ebrius, efferus, entheus, exterus, extimus, horridus, hosticus, humidus, igneus, impiger, improbus, inclytus, indigus, infimus, inscius, integer, intimus, invidus, invius, irritus, obvius, optimus, osseus, ultimus, unicus.

Decl. 2æ. à Cons. barbarus, bellicus, buxinus, byssinus, cœlicus, cærulus, callidus, candidus, cedrinus, cereus, civicus, coccinus, commodus, concavus, concheus, congruus, conscius, consonus, crastinus, credulus, criticus, cupreus, dædalus, difficitus, faginus, felleus. ferreus, fervidus, flammeus, floreus, floridus,

fæti-

fœtidus, frigidus, frivòlus, frondeus, fulgidus, fumidus, garrulus, lacteus, langvidus, luridus ligneus, limpidus, lividus, lubricus, lucidꝰ, martius, masculus, melleus, metricus, morbidus, mortuus, musicus, mutuus, naufragus, nauticus, nescius, noxius, nubilus, pallidus, pascuus, patrius pendulus, perbonus, percitus, perditus, perdius, perfidus, personus, pervagus, pervius, pessimus, plumbeus, posterꝰ, posthumꝰ, præditꝰ, præscius, prævius, prodigꝰ, pronubꝰ, proximꝰ, providus publicus, putidꝰ, putridꝰ, refluus, regiꝰ, roscidus rusticus, saucius, saxeus, sedulus, serius, sibilus, sobrius, sordidꝰ, spineus, splendidus, spumeus, squallidus, strenuus, stridulꝰ, subditꝰ, subdolus, subniger, tabidus, terreus, tetricꝰ, torpidꝰ, torridꝰ, turbidꝰ, turgidꝰ, vitreꝰ vividꝰ.

Adject: 3æ. declin. coctilis, debilis. ductilis, fertilis, fictilis, fissilis, flebilis, flexilis, funebris, futilis, labilis, lugubris, mobilis, utilis,

ANTIBACCHII - - ᴗ

Adject: 2æ. à voc: abstrusus, absurdus, acceptus; addictꝰ, adversꝰ, ægrotꝰ, æstivus, æternꝰ, effectus, affectus, aquatꝰ, agninꝰ, alatꝰ, anguinꝰ, angustus, antiquus, arcanus, arctꝰ, adstrictꝰ, astutus, attentꝰ, augustꝰ, auratꝰ, austerꝰ, austrinus, effætꝰ, effrænꝰ, elatus, electus, enervus, eous, erectus, excelsus, excultus, exhaustus, exosus, expertus, externus, extremꝰ, exstructꝰ, hastatꝰ, hesternꝰ, hibernus, hirsutus, horrendus, humanꝰ, ignarus, ignavus, ignitꝰ, ignotꝰ, illæsꝰ, illotꝰ, immensus, immotus, immundus, impurus, incautꝰ, incertꝰ, incomptus, incultus. incurvus, indignus, indoctus, infandus, infaustus, infectus, infensus, infestꝰ, infidꝰ, infirmꝰ infractus, infrænꝰ, ingratus; injustꝰ, insanꝰ, insvetꝰ, intractus, invictꝰ, invisus, invitus, oblongꝰ obscænus, obscurus, occultus, umbrosus, urbanꝰ.

 Adject.

Adject: 3æ. declin: acclinis, acclivis, æqualis, affinis, annalis, anilis, auftralis, effrænis, elinguis, enervus, enodis, enormis, exanguis, exilis, extorris, horrendꝰ, hoftilis, illuftris, imbellis, immanis, immitis, iñundus, impunis, indemnis, infamis, Infrenis, innubis, infignis infuavis

Adject: 2æ. à Conf. Captivus, cervinus, clamofus, clivofus, cænofꝰ, cognatꝰ, collimꝰ, conciñꝰ condēfus, confultꝰ, condignꝰ, contentꝰ, coævus, cordatus, cornutus, crinitus, criftatuf, damnofꝰ, detritus. diverfus divinus, facundꝰ, famofus, ferratꝰ, feftinꝰ finitus. fæcundus, fontanus, formofus, fraternus, frondofus, fucatus, fumofus, funeftus, furtivus, germanus, grandævus, jejunus, jucundus, larvatus, lafcivus. longævus, longinquus. lunatus, limatus, manfvetꝰ, maternꝰ, maturꝰ, mollitꝰ, mendicus, mendofus, monftrofus, montanꝰ, murofus, mundanꝰ, nativꝰ. nervofus, nimbofꝰ, nocturnꝰ nodofꝰ. pacatꝰ, patrinꝰ, pennatus, petrofus, porcinus, poftremus, primævus, privatꝰ. probrofus, procerus, proclivus, procurvus, propenfus, rixofus, robuftꝰ rugofus, faxofus, fecretus. fecurus. fedatus. feductꝰ. felectꝰ, femotus, femefus, fincerus, fpectatꝰ, fpinofꝰ, fpumofꝰ fquamofus, fupremꝰ, fylvofus, taurinus, terfauftꝰ, terginus, terrenꝰ, tigrinusf, tranquillus, ventofus. verfutus. vefanus. votivus, vulpinus.

Adject: decl. 3tiæ Brumalis, cæleftis. campeftris, caftrenfis, civilis, communis, confinis, conformis. crudelis curulis. declivis, deformis. fatalis feralis, fontalis, frugalis, funalis, gentilis. lethalis. lunaris, mortalis, natalis, navalis, pratenfis, proclivis, regalis, ruralis, rureftris, fcurrilis, fervilis, foleñis, fublimis, fubtilis, fylveftris, terreftris, turmalis, vocalis, vitalis, vulgaris.

Pæones tertii. ◡ ◡ - ◡

Adject: 2æ à Voc: Abiegnus, adipatus, alienus, aliquantus, animofꝰ, aquilinꝰ, afininꝰ, hodiernus,

inamæ-

inamænus, inapertꝰ, inhoneſtꝰ. inhonorꝰ, inimicꝰ, inodorus, inopinus, oculatꝰ. odioſus, oneroſus operoſus, opulentus, oriundꝰ.

Adiect: 3æ. Animalis, epularis, hyemalis,

Adiect: 2æ. à *Conſ.* Benedictꝰ, capitatꝰ, capitoſꝰ, carioſꝰ, cataphractꝰ. celebratꝰ, cerebroſꝰ, clypeatꝰ, decumanus, diuturnus. duplicatus, fabrefactus, fremebundꝰ, fugitivꝰ, furiatꝰ, furibundus. furioſꝰ galeatꝰ gemebundꝰ. genuinꝰ, generoſꝰ, glomeratꝰ, labefactꝰ, lacrymoſꝰ, latebroſꝰ, lutulentꝰ, macilētꝰ maculoſꝰ, maleblandꝰ, malecautus, malefauſtus, malegratꝰ, malenuptus, malepaſtꝰ, maleſartꝰ, maleſanꝰ, malefidꝰ, maleſuadꝰ, manifeſtꝰ, miſeratꝰ moderatꝰ. moribūdꝰ, nemoroſꝰ numeroſꝰ. pecorinꝰ pecoroſꝰ, peracerbꝰ, peracutꝰ peregrinꝰ, periniquꝰ, peramarꝰ, peramicꝰ, peramœnꝰ. peravarꝰ, peravitꝰ, peregenꝰ. perhiulcus, perhoneſtus. perhonorus, perodorꝰ, peronuſtꝰ, petricoſꝰ, pharetratꝰ, pluvioſꝰ populoſꝰ, præacutꝰ, pretioſꝰ, properatꝰ, pudibūdꝰ, queribundꝰ, rabioſꝰ, radioſꝰ, recidivus, redimitus, redivivus, reprobatꝰ, requietꝰ, reſupinꝰ. reverendꝰ rubicundꝰ, ſalebroſꝰ, ſanioſꝰ, ſcabioſꝰ, ſacroſanctꝰ, ſcopuloſus. ſceleratꝰ ſinuoſꝰ. ſpatioſꝰ, ſpecioſus, ſubamarus, taciturnꝰ, temulentus, tenebroſus, tremebundus, truculentus, veteranus, violentus, vitioſꝰ, vitulinus.

3æ. Bipedalis, borealis, capitalis, famularis, fluvialis, furialis, generalis, genialis, genitalis, glacialis juvenilis, muliebris, penetralis, pluvialis, popularis, puerilis, ſpecialis, ſubagreſtis.

Pæones Secundi. ◡ - ◡ ◡

Adiect. 2æ à *Voc.* Adoreus, aheneus, aquarius, aquaticꝰ, eburneus, hydropicꝰ, jambicꝰ, idoneus, ineditus inhorridus, inhoſpidus, inobrutꝰ, olympicꝰ,

3æ. Amabilis, aquatilis, arabilis, humabilis inutilis.

Adiect.

Adiect. 2*æ*. *à Conf.* Caprarius, cibarius, cupresseꝰ, cupressinꝰ, diutinꝰ, domesticꝰ, famelicꝰ, gregariꝰ, metallicꝰ, nefariꝰ, perarduus, peraridꝰ, perendinus, perhorridus, phreneticus, podagricꝰ, poëticꝰ. reciprocꝰ, reconditꝰ. retorridꝰ, scholasticꝰ, subhorridus, superfluꝰ, tyrannicus, veneficus. vicarius, volubilis.

Antipæsti ⏑ - - ⏑

Abortivus, arenosus, avernalis, inaccessus, inæqnalis, inescatꝰ, inassuetus, inauditꝰ, inauratꝰ, inexpertꝰ, inexhaustus, inextinctꝰ, inexpletus, inhumanꝰ, inoffensꝰ. inurbanꝰ, obæratꝰ, obarmatꝰ, obumbratꝰ, odoratꝰ. olorinus.

Adiect. 2*æ*. *à Conf.* Bipartitus, caballinꝰ, camellinꝰ capillatꝰ, catenatus, cavernosꝰ, cerebrosꝰ. columbinꝰ columnatus. cuculatus, dealbatꝰ, deauratꝰ, dolorosꝰ draconinus, giganteus, lacernosus, lacertosus, lacunatus, lacunosus, leoninus, nepotinus, palatinꝰ paludatus, paludosus, perabsurdus, perangustus. perantiquus, perastutus, peregrinus. perhumanus, perinfirmus, perobscurus, perurbanus, pharetratꝰ, podagrosus, procellosus, pruinosus, repentinus, ruinosus, serenatus, sitibundus, soporatus, subabsurdꝰ subargutꝰ subinvisꝰ, subiratꝰ, subobscœnꝰ subobscurꝰ suboffensus, suburbanus, tenebrosus, tripartitus, venenatus, venenosus, verecundus, veternosus,

Declin. 3*æ*. Coæqualis, columbaris, decennalis, lupanaris, novercalis, perexilis, perillustris, perinfamis, perinsignis, puellaris, parẽtalis, salutaris sepulchralis, subagrestis, theatralis, triumphalis,

Pæones primi. - ⏑ ⏑ ⏑

Adiectiv: 2*æ*. *à Voc.* Æquoreus, aërius, æthereus, ambiguus, ambrosiꝰ, anguineus, angelicꝰ appositus, arboreus, arbuteus, assiduus, attonitus, egelidus, emeritus, empyreus, evapidus, exanimꝰ, exiguus, eximius, historicus, illepidus. illicitus immeritus, immodicus, impavidus, implacidus, impro-

improprius, indomitus, indubius, ingelidꝰ, ingenitꝰ ingenuus, innocuus, innumerus, insipidus, insolidꝰ insolitus, intrepidus. invalidus, irriguus, obstreperꝰ occiduus unanimus.

Compos. Æquanimus albicomus algificus, altisonus altivolus. amplificus, armisonus, auricomꝰ horrificꝰ ignifluꝰ, ignivomus, ossifragus, undisonꝰ. undivagꝰ.

3æ. Absimilis, assimilis, exanimis. horribilis, incolumis, indecoris, infragilis, instabilis, involucris, unanimis.

Adiect: 2æ Barbaricus, cæruleus, cannabinus, carbasinus, cæsareus. coccineus. concubiꝰ, conspicuꝰ contiguus, continuus, corporeus, dedaleꝰ, deciduꝰ, decrepitus, demeritus, depositus dispositus, dividuꝰ fictitius, finitimus. flumineus, fæmineus, fortuitus, fraxineus, fulmineus, funereus, gramineꝰ, gratuitꝰ littoreus, marmoreus, nectareus, perpetuus, perspicuus, præcipuus. prægelidus, præproperus, prærapidus, prævalidus, propitius, prospicuus. pulvereus, purpureus, ridiculus, sanguineꝰ, sidereꝰ, sollicitꝰ, stramineus, stercoreus, subrutilꝰ, sulphureꝰ triticeus, turbineus, verbereus, vimineus, vipereꝰ virgineus.

Compos Bellicrepus, blandiloquus, cælivagus, campivagus, carnivorus, clarisonus, doctiloquus, dulcifluus, dulciloquus. dulcisonus, falsidicus, falsiloquus, fatidicus, flammivomus, flexivagus, flexanimus, florilegus, fluctivomus, fluctivagus, fœdifragus, fumificus, funicrepus. grandiloquus, grandisonus, lætificus, largifluus, lauricomus, lucifluus, luctisonus, longanimus, magnanimus, magnificus; magniloquus, mellificus, mellifluus, mirificus, montivagus, morigerus, multivagus, munificus, navifragus. noctifragus, nubificus, nubivagus, pacificus, raucisonus, regificꝰ, sacrilegꝰ sacrificus. saxificus, semiferus. semirutus, sortilegꝰ, svaviloquus. tabificus. tardiloquus, tectivagus.

tergo-

tergeminus, terricrepus, terrificus. terrifonus, thuricremus, thurilegus, vaniloquus, verficolor, veridicus, vulnificus.

3æ Confimilis, credibilis, difficilis, diffimilis, fallibilis, flexanimis, flexibilis. longanimis, magnanimis, multijugis, plaufibilis, præfacilis, prætenuis, femianimis, fenfibilis, fubfimilis, fubtenuis fubviridis, terribilis, vendibilis, vifibilis.

Chorijambi. - ◡ ◡ -

Adiect: Comp. à voc. Altitonans, altivolans, anguitenens, arcitenens, armipotens, aftripotens, haftipotens, impatiens, ignipotens, infipiens. intolerans, irreverens, omnipotens.

Adiect. Comp. à Cons. Bellipotens, blandiloquens, conveniens, Quadrupedans. fuaviloquẽs, fufficiens.

Jonici à majore -- ◡ ◡

Adiect: 2æ, à voc. Abftemius, accomodꝰ, argenteꝰ, athleticus, elanguidus, emorbidus. erraticꝰ, erroneꝰ evanidus, extraneus, heroicus, hydropicꝰ, illucidꝰ, impervius, improprius. improvidus, incognitus, incommodus, inconditus, incongruus, inconfcius, incredulus, incurius, indebitus, induftrꝰ inglorius, injurius, innoxius, innubilus. inftrenuꝰ. interritus, inturbidus; obnoxius, ultroneus, umbraticus.

3æ. Æquabilis, affabilis, aptabilis, effabilis, explebilis, ignobilis, immobilis, implebilis, innubilis infenfilis, optabilis, umbratilis.

Adiect. 2æ à Conf. Bombycinus, cenforius, centefimꝰ chartaceus, circumfluus, circumvagus, compafcuus. conterminus, contrarius, cruftaceus, cryftallinus, cupreffinus, dilucidus, ferrarius. fuforius, lignarius, lunaticus, luforius, lymphaticꝰ melifluus, mefforius, millefimus. multifciꝰ, parciffinꝰ nuperrimus, pellucidus, percognitus, percomodꝰ, perfervidus, perfrigidus, perpallidus, plebejus, præfervidus, præcognitus, prælucidus. prænubilꝰ.

præmun*e*

prænuncius, præposterus, primarius, promiscuus, retrogradus, serotinus, spontaneus, subfrigidus, sublividus, sublucidus, subluridus, subnubilus, subpallidus, subrusticus, translucidus, venaticus, vinarius.

3æ. Culpabilis, delebilis, durabilis, laudabilis, mirabilis, mõstrabilis, mutabilis, narrabilis, pacabilis perdibilis, perferbilis, perlugubris, permobilis, pernobilis, placabilis, præstabilis; præferbilis, præflebilis, prælugubris, prænobilis, sanabilis, spirabilis, spectabilis, sperabilis, sublugubris, tractabilis, versatilis, vincibilis.

Composita. Balistifer, caducifer, dulcifluus, fluctifragus, fœdifragus, funicrepus, largifluus, lucifluus, mellifluus, navifragus, tardigradus, terricrepus, thuricremus.

Epitritus quartus. - - - ᴗ

Adject. 2æ. à Voc. Accuratus, ærumnosꝰ, affectatꝰ arbustivus, argentatus, argentosus, argillosus, authoratus, effrenatus, exquisitꝰ, illaudatꝰ, illibatꝰ, immansuetus, immunitus, immaturus, immutatus, impacatus, imperfectus, impermissus, impollutus, importunus, improvisus, incænatꝰ, inconsultus, infrænatus, inconcinnus, infestivus, infinitꝰ, infæcũdꝰ. indefessus, indirectus, injucundus, insperatus, intempestus intestinus, iracundus, opportunus.

3æ. Armentalis, æstivalis, ancillaris, autumnalis, exemplaris, immortalis.

Adject. 2æ. à Cons. Calcitrosus castigatus, cervicosꝰ concinnatus, circumspectus, conclamatus, conspiratꝰ clandestinus, debellatus, defæcatus, definitus, depugnatus, dilatatus, fortunatus, loricatꝰ, libertinꝰ matutinus, personatus, perjucundus, perlonginquꝰ, picturatus, portentosus, præmaturus, prætextatus prædivinus, serpentinus, sublucanus, transalpinꝰ, transmontanus, transrhenanꝰ, tempestivꝰ, vervecinꝰ vespertinus.

Inbun-

Ludibundus. Cunctabundus, gratabundus, lætabundus, mirabundus, plorabundus, reptabundus.

Dichorei - ◡ - ◡

Adiect: à Voc: Æstuosus, æviternus, anserinus, arcuatus, annulatus, ebriosus, efferatus, entheatus, eruditus, esculentus, exoletus, hispidosus, imbecillus immodestus, imperitus, impudicus, incruentus, indecorus, indisertus, infacetus, inserenus, infulatus, inquietus, inquilinus, invenustus, irrogatus, irretortus, obsoletus, obstinatus, otiosus, ominosus, ulcerosus, universus, usitatus.

Declin: 3æ. Agminalis, anchoralis, angularis, annularis arbitralis, auguralis, hospitalis, imbecillis, infidelis, insalubris, insuavis.

Adiect: 2æ. à Conj. Bellicosus, belluosus, calculosus, calcitrosus captiosus, christianus, compeditus, copiosus, corpulentus, criminosus, crispulucus, curiosus, cuspidatus; delicatus, duplicatus. fabulosus, factiosus, flexuosus, floculentus, fluctuosus, fluminosus fornicatus, fraudulentus, fructuosus, frustulentus, fulminatus, furfurosus, gestuosus, gloriosus, graminosus grandinosus, gratiosus, jactuosus, laureatus, literatus, littorosus, luctuosus, luminosus, luculentus, masculinus, morticinus, mustulentus, noctuinus, pabulosus, palliatus, pampinosus, pectorosus, perbeatus, perdecorus, perfacetus, permodestus, permolestus, perseverus, petricosus, pervetustus, poculentus, ponderosus, portuosus, purpuratus, purulentus, quæstuosus, ructuosus, rusticanus, sacrosanctus, saltuosus, scrupulosus, semialbus, semiblæsus, semibrutus, semiclaudus, semicoctus, semicrudus, semicæcus, semidoctus, semimutus, seminudus, semistultus, semisurdus, sempiternus, senticosus, somnolentus, sorditatus, stercorosus, subcruentus, subdisertus, subdolosus, sulphuratus, temperatus, tortuosus, turbinatus, turbulentus, verticosus vinolentus, vulturinus, virulentus, vultuosus.

M. Cir-

3æ. Circularis, compitalis, conjugalis, consularis, figuralis, liberalis, littoralis, martialis, militaris, multiformis, nuptialis, pabularis, pectoralis, perduellis, perfidelis, præliaris, principalis, sanguinalis, secularis semiformis semisomnis semiputris septicollis sideralis singularis tauriformis temporalis versipellis victualis virginalis.

P yrrhi Dactyli. ∪ ∪ - ∪ ∪.

Adiect. 2æ à Vocal. Academicus, adamantinus, amaranthinus aquilonius elegiacus hyacinthinus ocularius oleaginus oleastrinus olerarius olitorius onerarius operarius.

3æ. Animabilis agitabilis equitabilis habitabilis imitabilis inamabilis inarabilis inhumabilis iterabilis.

Adiect. 2æ. à Conf. Cinerarius dialecticus fluviatic9 lapidarius leporarius meritorius penuari9 peridoneus plagiarius subitane9 subitarius temerari9 sripedaneus violaceus vomitorius.

3æ. Cicurabilis cruciabilis dubitabilis fluviatilis. geminabilis generabilis genitabilis lacerabilis lacrymabilis, medicabilis, memorabilis, moderabilis numerabilis penetrabilis peragrabilis reparabilis resolubilis resonabilis revocabilis revolubilis satiabilis saturabilis sepelibilis sociabilis superabilis tolerabilis variabilis vegetabilis venerabilis violabilis.

Jambo-Tribraches ∪ - ∪ ∪ ∪

Adiectiv. à Voc: Aedonius amaracinus amygdalin9 aromaticus arundineus hirundineus honorificus hyperbolicus hypocriticus inocciduus.

Adiect 2æ àConf. Cadavereus crepidineus cupidine9 papavereus perappositus perexiguus recompositus siligineus supervacuus superpositus tribunitius.

Compos. Beatificus dolorificus fluenticus superbific9 vaporificus vaporiferus.

Dactylo Chorei. - ∪ ∪ ∪ -

Adiect: 2æ. à Voc Affabrefactus ambitios9 attenuat9 exitiosus illecebrosus immaculatus, immemoratus

imme-

mmoderatus imperiosus impetuosus indubitatus ingeniosus insidiosus invidiosus inviolatus irradiat9 irrediatus irredivivus irreprehensus, irrequietus irresolutus irrevolutus irrevocatus obsequiosus officiosus.

3æ. Articularis auricularis auspicialis auxiliaris exequialis exitialis innumeralis officialis.

Adiect. à Conf. Cæsarianus carnificinus dedecoros9 delibiosus desidiosus febriculosus flagitios9 litigios9 luxuriosus morigeratus perdiuturnus perfidiosus perniciosus præstigiosus prodigiosus propudiosus pulverulentus religiosus sanguinolentus seditiosus semisupinus suspiciosus somniculosus.

3æ. Comitialis conjungialis connubialis judicialis materialis prodigialis quadrupedalis sesquipedalis solstitialis spiritualis.

Spondeo Tribraches. - - ◡ ◡ ◡

Adiect. 2æ. *à Vocal.* Ænigmaticus emblematicus, incorporeus indispositus individuus incompositus intermedius interpositus invectitius uligineus.

Adjectitius adscriptitius Ædilitius arreptitius ejectitius.

3æ Accersibilis evincibilis extingvibilis impossibilis incredibilis infallibilis inflexibilis insensibilis invincibilis invisibilis.

Adiect. 2æ. *à Conf.* Collectitius commentitius conductius conjectitius consangvineus fuligineus gentilitius mendaciloquus natalitius pastoritius perridiculus præcompositus portentificus rubigineus septemgeminus subreptitius testudineus translatitius versutiloquus.

3æ. *in bilis.* conducibilis consumptibilis contemptibilis persvasibilis traducibilis.

Spondeo Dactyli - - - ◡ ◡

Adiect. 2æ *à voc.* Admissarius adversarius argillaceus antiquarius argillistuus armentarius emissarius hortatorius imperterritus intermerituus internuntius.

2æ. Ac-

2æ. Acceptabilis accuſabilis admirabilis aſpectabilis aſpernabilis eluctabilis emendabilis enarrabilis evitabilis excuſabilis execrabilis exoptabilis exorabilis expugnabilis illaudabilis illætabilis immutabilis impeccabilis implacabilis indelebilis incurabilis inſanabilis intractabilis obſervabilis obſcurabilis.

Adiect. 2æ. à Conſ. Bellatoriꝰ collactaneꝰ collectaneꝰ conſentaneus conterraneus decretorius deriſorius diſſentaneus mercenarius momentaneus nugatorius perfunctorius perſvaſorius prædatorius refractariꝰ ſubterraneus.

Moloſſo Chorei - - - - ∪

Adiect: 2æ à Voc. Argumentoſus imperturbatus indelaſſatus infortunatus intempeſtivus indefinitus

Part. in tus.

Argumentatus elucubratus emendicatus eradicatꝰ inconſolatus incuſtoditus indeclinatus indelaſſatus indefinitus indeploratus indepravatus indevitatus interpellatus interturbatus

Jambo - Amphibraches ∪ - ∪ - ∪

Adiect. 2æ. à voc. Abominoſus aculeatus adulterinꝰ amarulentus arundinoſus inauſpicatus ineruditus inordinatus inuſitatus.

Part. in tus.

Abominatus acuminatus adulteratus imaginatus inauguratus inebriatus.

Adiect. 2æ à Conſ. cadaveroſus cuniculoſus laborioſus lacinioſꝰ libidinoſus licentioſꝰ negotioſꝰ peculioſus pecunioſus periculoſus perexpeditus quotidianus rubiginoſus rubiginatus ſiticuloſus ſtipendioſus tumultuoſus voluptuoſus voraginoſus.

3æ Cubicularis decemviralis duumviralis negotialis pecularis perhoſpitalis piacularis ſtipendialis triangularis triumviralis.

Partic: in tus,

Coagulatus coinquinatus deoſculatus latrocinatꝰ meridioſus negotioſus præoccupatus reciprocatus

recogitatus redintegratus redauſpicatus patrocinat9 tumultuatus refrigeratus renavigat9 reſuſcitatus ſupervagatus.

Spondeo - Amphibraches -- ◡ - ◡

Æruginoſus extemporalis infructuoſ9 impēdioſ9 illiteratus injurioſus importuoſus internecinus incurioſus obivioſus uliginoſus illiberalis.

Part. in tus. Accōmodat9 attemperatus effæminat9 elucubratus emancipatus examinatus exaſperatus exoſculatus excogitatus exercitatus exulcera us intaminatus indiſſolutus illuminatus intempeatus interrogatus interminatus invulneratus incomprehenſus.

Adiect. 2æ. à Conſ. Caliginoſus compendioſus contentioſus contagioſus convitioſus faſtidioſus faſtigiatus ferruginoſus ferruminoſus formidoloſ9 fuliginoſus lanuginoſus poſtridianus quatriduanus ſalſuginoſus ſententioſus ſtipendioſus tempeſtuoſ9 victorioſus.

3æ. Centumviralis comitialis collegialis connubialis diſcordialis perliberalis proverbialis provincialis ſeptemviralis ſeptempedalis ſtipendialis vindemialis.

Part. in tus.

Circumligatus circumvolutus compaginatus congratulatus conſideratus contaminatus corroboratus deliberatus depurpuratus deſideratus diſcriminatus depræliatus faſtigiatus latrocinatus lenocinatus patrocinatus præjudicatus prænuntiatus procraſtinatus pronuntiatus ſemicrematus ſermocinatus ſufflāminatus.

Di Dactyli - ◡ ◡ - ◡ ◡

Declin. 3æ. Ædificabilis aſſociabilis exitiabilis illacrymabilis immedicabilis immemorabilis immiſerabilis impenetrabilis innumerabilis inſatiabilis inſuperabilis inſaturabilis inſociabilis intolerabilis inviolabilis irremeabilis irreparabilis irreſolubilis irrevocabilis.

3æ

3æ. à Conj. Commemorabilis conduplicabilis dissociabilis lætificabilis multiplicabilis vituperabilis.

De usu Epithetorum.

SUnt qui plura tradunt præcepta de Epithetis aptis seligendis. Ego, quæ circa usum præceptorum observavi, paucis indicabo. Itaq;.

Observa. 1. Quòd uni substantivo tantùm debeat addi unum Epithetum.

Excipe. 1. nisi illud substantivum repetatur, tunc enim sicut cum illo adjectivum prius repeti potest, ut: nuntia læta mihi, nuntia læta tibi; ita etiam novum adjectivum ei addi potest, ut: nuntia læta tibi, nuntia mæsta mihi.

Excipe, 2do Nisi intercedat aliqua conjunctio inter illa adjectiva, vg &, vel. nec, &c. ut.

Quique prius mollem vacuamq; laboribus egi.
In studiis vitam, Ovid: 5. Trist: Eleg. 4.
Horrendum, & dictu video mirabile monstrum.
Virg: 3. Æneid.
Ille asper & improbus ira, 9. Æneid.

Hæc conjunctio sæpe omittitur, ut.

Monstrũ horrendum, informe, ingens, idem ibid.

Excipe: 3. Participia cujusvis temporis; hæc enim substantivo cum alio adjectivo adjungi possunt, ut:

- - Subjectisq; ignibus atris. Virg, 11 Æneid.
Ut pia formosis addita thura rogis. Ovid: Ep. 7.
- - lateq; patentia duxi
Mænia finitimis invidiosa solis. Ovid. Ep. 7.
Mæsto flagrante tumultu. Virg: 11. Æneid.

Observa 2. quod Epithetum non debeat esse otiosum; sed debeat aliquid saltim clarius exprimere, quod ipsum substantivum se solo non exprimit; porro Epithetum non tantùm potest exprimere aliquid substantivo suo conveniens, vg Turpis egestas, tristis Senectus, amor ingeniosus, &c. Sed

etiam aliquid conveniens rei alteri, cum qua ipsum substantivum est connexum. Ita Ovid. Ep: 1. canit.

Nec mihi quærenti spatiosam fallere noctem.
Lassares viduas pendula tela manus.

Ubi dicit, viduas manus pro: manibus viduæ uxoris. Item.

Attenuant vigiles corpus miserabile curæ, hoc est: curæ hominis Vigilis. Et Virg.

Memorem Junonis ob iram, pro: ob iram Iunonis memoris.

Observa 3. quòd Epitheta quæ tropum aliquem involvunt, præ cæteris sint seligenda, hæc enim & Poëtis sunt frequentissima, præsertim Metonymica, & reliquis elegantiora; ita Horatius Cinerem vocat dolosum, glaciem inertem, ornos viduatas, &c. per Mataphoram item massicum vocat obliviosum. Sicut Ovidius vocat sidera frigida, & Martialis favillas tristes per Metonymiam.

Observa 4. quòd Epithetum debeat semper materiæ præsenti esse accomodum. Unde quæsiturus Epithetum bene intelligat materiam, de qua agit, nam, Epithetum, quod in alia materia est per quam accōmodum, in præsenti sæpe est ineptum, & otiosum: imò potest contingere, ut Epithetum cum substantivo naturaliter conjunctum, in præsenti materia eidem non conveniat, in exemplo: Ignis ex natura sua est calidus, & ad comburendum celer, si tamen Martyr cum igne expostularet, quòd lente & tenuiter ureret, non deberet illum vocare rapacem & ferventem, sed lentum & frigidum. Ita nihil est velocius tempore; si tamen quereretur anima in Purgatorio, se magnos cruciatus perferre, non deberet tempus, quo patitur, vocare velox sed tardum, uti querebatur Penelope apud Ovidium Ep: quòd viveret tardos dies. Hæc observatio est instar omnium. Interim.

Obser

Obſerva 5. quod Epitheta in Carmine Elegiaco & heroico debeant eſſe uſitata, & Authoritate bonorum Poëtarum probata: In Carmine lyrico, præſertim Horatiano poſſunt etiam eſſe minùs uſitata, nova & audaciora, Iam itaq; ſit.

PRAXIS FACIENDI CARMEN ELEGIACUM.

FActurus Diſticha, diſtingue materiam in duas partes: unam pro Hexametro, alteram pro Pentametro, & pro Adjectivis, relinque hiatus poſtea implendos vg. Sit Diſtichum faciendum ex hac materia ex Martiali deſumpta: ſic piſci *indulget hamus; ſic eſca decipit feras,* muta imprimis piſces ex numero ſingulari in pluralem, & habebis finem Hexametri nimirum: piſcibus hamus, tum materiam Hexametri ita ſcribe.

Sic ⏑ ⏑ ---indulget piſcibus hamus.
-- ⏑ ⏑ -

Ubi vides, quòd pro utroqne hiatu implendo debeas habere vel Anapæſtum, vel ſpondeum, & quòd pedes illos poſſis habere in Epithetis addendis, tum ad: piſcibus, tum ad: hamus, hos pedes quære inter adjectiva ⏑ ⏑ - in - ⏑ vel etiam inter ſpondeos, inter tribraches, invenies materiæ huic accōmodos: Avidus cupidus, fatuus, ſtolidus, &c. inter choreos invenies, bardus, brutus, cæcus, promptus, ſtultus. ſurdus, &c. inter ſpondeos vel etiam choreos, invenies pro hamus uncus, blandꝰ, falſus, mendax, fallax mordax &c. ex his facile verſum conſtrues & ſcribes,

Sic mendax fatuis,
Sic ſtolidis mordax.
Indulget piſcibus hamus.

Sic uncus cupidis,
Sic avidis fallax,
Vel etiam ita ſcribe materiam.

Sic ⏑ ⏑ Indulget ⏑ ⏑ -- piſcibus hamus.

Tum

Tum Epithetum pro: hamus, quære inter Pyrrichios & invenies, vafer, catus, vigil. Epithetum pro: piscibus, quære inter Pœones 3tios vel inter Antibachios, inter illos invenies; male cautus, malesanus, peravarus &c. inter hos invenies, captivus, jejunus, furtivus &c. tum Carmina scribes sequentia.

Sic vafer indulget malesanis,
Sic ferus indulget peravaris,
piscibus hamus.
Sic catus indulget furtivis,

Ubi vafer & catus hamus, eleganter ponitur & hunc sensum facit: hamus piscatoris qui est vafer, catus. Vel ita scribe materiam.

— — —

Sic ◡ ◡ - ◡ ◡ - indulget piscibus hamus. Pro primo hiatu implendo quære Epithetum ad: *hamus* inter Pyrrichios ut ante. Pro secundo hiatu quære Epithetum ad: *piscibus* vel inter Antibacchios vel inter Pæones primos â vocali, & invenies: incautus infaustus, insanus &c: item: æquoreus, ambiguus innocuus &c. tum hoc Carmen scribes.

Sic vafer æquoreis,
Sic catus innocuis,
indulget piscibus hamus:
Sic ferus incautis,
Sic vagus infaustis, insanis &c.

Materiam pentametri ita scribe:
Sic - - ◡ ◡ - decipit esca feras
◡ ◡ - - -

Pro primo hiatu, quære Spondeos suô locô, vel inter choreos: Anapæstos verò inter tribraches vel suo loco, Epitheta pro esca invenies sequentia, fallax, mendax, &c. Epitheta pro: feras, invenies eadem, quæ antea pro piscibus, ut avidg, cupidus, facilis &c. tum hoc modo scribes carmen.

Sic

Sic fallax avidas decipit esca feras.
Vel. Sic mendax faciles decipit esca feras.

Vel ita scribe materiam.

◡ ◡ -
- ◡ ◡ Sic - - decipit esca feras.

Et quære Epithetum pro esca inter Dactylos & invenies: impius, invidus obvius, callidus, noxius, subdolus. Ex his facies hoc carmen.

Callida *Stultas.*
Subdola *brutas.*
Noxia Sic Stultas.
decipit esca feras:
Impia *faciles.*

Vel etiam scribe materiam ita.

Sic - - - decipit esca feras
◡ ◡ - - -

Et pro: feras, quære Epithetum inter Epitritos quartos. Et invenies: improvisus, inconsultus, dementatus ex his facies tale carmen.

Sic inconsultas)
Decipit esca feras
Sic dementatas)

EADEM PRAXIS.
OSTENDITUR IN MATERIA DIFFICILIORI.

PRo materia Distichi sit difficilior ista, dum video Cælum, desipit terra. Pro hexametro designa: dum video Cælum. Adde primo substantivum nomini Cælum juxta observ: supra datam, Sidera, & Cælum muta in genitivum, & habebis: Sidera Cæli. Tum hoc modo scribe materiam illam.

- - ◡ ◡ - ◡ ◡
Dum video ◡ ◡ - ◡ ◡ - ◡ ◡ *Sidera Cæli*
◡ ◡ - - - ◡ ◡

Ubi

Ubi vides, quod desideratur *1mo* Anapæstus, vel spondeus incipiens à consonante, vel molossus, vel Chorijambus incipiens à vocali. *2do*. Jonicus à majore vel Anapæsto-Pyrrichius, incipiens à consonante. hiatus istos imple duobus Epithetis, quorum unum conveniat cum: Cæli, alterum cum: Sidera. Pro primo hiatu quære Tribraches vel Choreos à consonante incipientes, & invenies plurimos, materiæ tuæ & hiatui accõmodatos: vg: invenies; inter choreos, carus, celsus, clarus, gratus, purus, &c. Inter Tribraches invenies: roseus, rutilus, superus, stabilis, &c. vel quære spondeos habentes incrementum longum, vel pæones primos vel antibacchios à vocali incipientes, & invenies, absens, æthereus, empyreus, auricomus. &c. &c: Æternus augustus, celsus, immensus, innubis, illustris insignis &c &c. Pro secundo hiatu implendo facile vides quód debeas habere epithetum incipiens à consonante (nisi velis elisionem facere) hoc epithetum vel quæres inter anapæstos, habentes incrementum longum (nam rutilans vg. in accusativo plurali habet rutilantia) vel inter spondeos, habentes incrementum longum. Inter anapæstos habes participia: radians rutilans, vigilans, retinens, &c Inter spondeos habes participia flammans, flagrans, fulgens, lucens, splendens, &c. &c. vel etiam quære hoc Epithetum inter Pæones tertios declinationis tertiæ & invenies famularis, pluvialis &c. vel inter Jonicos à majore, & invenies: circumvagus crystallinus, pellucidus, &c. tum facillimè scribes hunc versum sæpissimè variatum hoc modo.

Dum video	*Rutili fulgentia*	*Superi splendentia*	Sidera Cæli
	Rosei radiantia	*Clari rutilantia*	
	Grati famularia	*Augusti Crystallina*	
	ætherei circumvaga	*ingentis &c. pellucida.*	

Vel

Vel etiam ita ſcribe materiam - ∪ ∪ dumvideo
-- SideraCæli.
∪ ∪ --

UBi vides, quòd primo loco debeas habere dactylum qui conveniat cum, Sidera, hunc quære ſuo loco & invenies, aureus, fervidus, flammeus, fulgidus, *lacteus*, lucidus, ſplendidus, flammiger &c. Pro ſecundo hiatu debes habere vel Jonicum à majore vel moloſſum, incipientes à conſonante tum facile ſcribes hos verſus.

Splendida	*dum video*	*Spatioſi*	*Sidera Cæli.*
Aurea		*Specioſi*	
Lactea		*jucundi*	
Candida		*feſtivi.*	

Vel ita ſcribe materiam.
-- - ∪ ∪ - ∪ ∪
Dum ∪ ∪ - video -- ∪ ∪ Sidera Cæli.
Et eodem modo quære epitheta hiatibus implendis accomodata & ſcribe.
Dum rutili video radiantia Sidera Cæli &c. vel ita ſcribe materiam.
- ∪ ∪ - ∪ ∪ - video dum Sidera Cæli
— — —
Et quæſitis epithetis aptè ſcribe

Lucida purpurei
Candida fulgentis video dum
Sidera Cæli
Aurea conſpicui.

Vel deniq; ita ſcribe materiam - ∪ ∪ - video dum - ∪ ∪ ſidera cæli
- - -
Et ex ſelectis epithetis hoc modo imple hiatus.

Purpurei	*Video dum*	*fulgida*	*Sidera cæli.*
Conſpicui		*lucida*	
Fulgentis		*flammea*	
Excelſi &c.		*lactea.*	

Hoc facto ad pentametrum procede & muta imprimis *terra* in Jambum vg. Solum huic adde substantivum aptum carmini tuo, scilicet, vel dactylum vel Choreum; vg. donum & munus, iisq; in numerum pluralem mutatis, hoc modo scribe materiam.

— —

Desipiunt ∪ ∪ - ∪ ∪ dona soli vel ita:
Desipiunt ∪ ∪ - dona ∪ - ∪ soli.

Vel ita scribe finem: munera - ∪ Soli; Tum quære ut ante, spondeum inter Choreos, & anapæstum inter Tribraches, pro primo hiatu implendo invenies: vilis, turpis, fluxus, falsus, pravus, vanus, putris, &c, Inter Tribraches invenies: humilis, luteus, tumidus, spurius, stolidus, vapidus &c.

Pro secundo hiatu quære Dactylos & Amphibraches: Dactylos vel invenies inter Choreos declinat: tertiæ sine incremento, ut: tristis, turpis, vilis, &c. vel suis locis: ferreus, frigidus, ligneus, lubricus, noxius, plumbeus, sordidus terreus, turgidus, vitreus, &c. Inter Amphibraches suô locô invenies; caducus, dolosus, lutosus, malignus, minutus; molestus, nefandus, probrosus, profanus, &c. jam quivis Tyro facillimè & diversimode carmen faciet & dicet.

Lutei *caduca*
Desipiunt putridi dona lutosa Solè
Spurii *nociva*
Sterilis *nefanda*

Vel ita:

Vani *turpia*
pravi *vilia*
Desipiunt fluxi noxia dona soli
falsi *tumida*
stulti *putrida*

Vel ita.

Desi-

Desipiunt lutei munera fluxa soli. Materiam eandem ita disponere poteris.

Munera desipiunt - ◡ ◡ - ◡ soli.

Pro illo hiatu implendo invenies inter Dactylo Choreos: flagitiosus, litigiosus, illecebrosus perniciosus, pulverulentus, dedecoratus, displiciturus, despiciendus, &c. His ita carmen constitues.

- - - *illecebrosa*
- - - *litigiosa*
Munera desipiunt perniciosa soli
- - - *flagitiosa*
- - - *pulverulenta &c.*

OSTENDITUR PRAXIS FACIENDI DISTICHA ELEGANTER.

EX dictis facile constat, quàm variô etiam modô Distichum fieri possit, nunc ostendendum restat, quomodo illud eleganter fieri possit, maneamus in eadem materia: dum video Cælum desipit terra.

Primò seligenda sunt illa epitheta quæ tropum aliquem involvunt, & servata praxi paulo ante ostensa scribes.

Dum video accensi vigilantia Sidera Cæli,
Munera desipiunt litigiosa soli.

Ubi Epithetum: accensus & vigilans, sunt metaphorica, primum quidem translatum est à re inanimata, ad rem inanimatam, secundum verò ab animato ad inanimatum. Ligitiosa verò metonymicum est, munera enim soli, faciunt lites.

Secundó attendendum est ad observationes supra positas, & ex his seligenda sunt illa, quæ melius præsenti materiæ conveniunt; pro Haxametro *Cælo* addés appositum, Divorum habitacula, vel præmia virtutis, vel: Divina palatia &c. Pro Pentame-

tametro sermonem ad ipsam terram convertes mutato prius: desipiunt, in hæc & insimilia Synonyma; rideo, calco, sperno, nauseo, &c. terram, terræq; addes substantivum & dices.

Dum repeto mecum, virtutis præmia, cælum vel Dum video augustum, divina palatia, Cælum &c. vel Nauseo delicias, sordida impia terra tuas.
-- --divitias, noxia &c. vel - - - - - nefanda.

Conculco fastus, terra probrosa tuos
- - - Scelesta
- - - Caduca &c.

Vel per antitheses ita:

Dum video vasti radiantia Sidera cæli.
Desipiunt parvi sordida dona soli

Ex his patet, quomodo aliud carmen quodcunque facile & eleganter construi possit. Hæc in compendio attulisse sufficiat, docebit plura Magister usus, & Lectio diligens Librorum.

ÆQUIVOCA
VERSICULIS DISTINCTA.

A

Abscidit a scindo, de cædo *abscidit* habebis.
Est *Academiæ* locus, est *Academia* secta,
Torpor *acediæ* est, sed *acedia* negligit actus.
Sternitur arbor *acer*, fueris si viribus *acer*.
Ambitus haud opus est si digno *ambitus* honore es.
Parcat *anus* pilulis nisi forte est stipticus *anus*.
Mellis *apis* fabrifex, idolum est Mempheos *apis*.
Littora ne quis *aret* terra instar pulveris *aret*.
Inde est flumen *Atys*, puer hinc Cybelejus *Atys*.

B

Dant *bombycyni* vermes *bombycina* fila.

Calo

C

Calo a *calat*, *canetque canis*, *caro cara* Macello eſt.
Caligas oculis, *caligas* dum quæris in umbris.
Da *cedo*, qui *cedat*, *clarisque* ab Apolline *clarum*.
Sæpe arbor, *cecidit*, quam ferrô nemo *cecidit*,
Dulce *chelys* reſonat, fulcitur ſcorpio *chelis*
Colo, b *coloque* merum, *concitus* c, *concitus* inſto.
Conſidet à ſedeo, faciet *conſidere* ſido.
Condio *conditor*, ſed condo *conditor* infert.
Eſt menſura *corus*, ſed *Corus* ventus acerbus.
Crate Crates d ſapiens jacuit, *Creatusq*; *creatus*.
Inſula *Creta* parit *cretam*, *Creta* Lymphaq; Ponti eſt
Noxia ſi *cupitis* ſatiùs caruiſſe *cupitis*.
Bacche tibi *Cytherone* ſacer eſt, tibi Phæbe *cythæron*. e

D

Hunc laudes *decorant* quem forma modeſta *decorat*
Dedere ſe ſuperis par eſt, cùm magna *dedêre*
Decidua f eſt foliis arbor, *decidua* ferrô
Solvere *diffidit* g nodum mox *diffidit* g enſe.
Qui *dicat* ingenuis librum nil *dicat* ineptè,
Te *dormituris* cum jam *dormituris* adde
Durius eſt marmor, *Durius*, ſed mollior amnis.

E

Languida vix quid *edo* lamentaq; crebriùs *edo*
Educat hic catulos, ut tandem *educat* in apros
Egere cum vomitu, nec *egere* medentibus optes
Elate palmarum *Elate* frondeſcere vidi.
Ex *elephantino* dente eſt *elephantina* h pyxis
Hinc fur *expilat*, tonſor nos *expilat* inde.

Expu-

a *Calo onis ſeu lixa*. b *colo as*, c *à cio longum*, *à cieo breve*. d *ille Philoſopus*, *hic Princeps*, e *Montes*, f *illud à cedo hoc à cado*, *unde prociduus aliaq*, *variantur*. g *Illud à fido ſoc a ſindo*, h *Hæc univerſe in nus fere habent ut inanimatis applicata brevientur*, *animatis*, *producantur*.

Exputat a hoc æger quod pus *exputat a* ab ore

F

Est lupus in *fabula b* narratur *fabula b* de te
Dum *ferimur* navi, fluctu insurgente *ferimur*
Ferveo *fervere* inducit, sed *fervere* fervo,
Promissâ tu *fide fide*: *fide* ludere pergas
Subjicitur fauci *focale*, *focale* sed igni
Decepit me sæpe *fretum* nimis æquore *fretum*.
Ne *frigere* finas, quæ *frigere*, *c* frixa solebas
Fulgere seu *fulgere* velis, seu fulgetra *d* dicas

G

Serve *Gnatho* nostro ne des mala verbera *gnato*.

H

Languet *hebes* senium, verum *hebes* Diva juventæ
est.
Hibernos inter montes satis alget *Hibernus*,
Nemo cadaver *humet* terræ, quæ fontibus *humet*
Materies *hyle* est, sed *Hyle* prænobilis urbs est.

I.

Saxa *jacere* sinas, *jacere* hæc solet improba plebes
Jus constanter *idem*, vix Rex defenderit *idem*.
Indicat obscurè, quod vult *indicat* apertè
Insidet e in plumis sensimq; *insidet* opertus,
Vocem *intercidit* dum phlegma *intercidit* ori
Irritat Regem Prætor, Rex *irritat* acta,
Quisquis *es*, *is* ab eo, *es* ab edo producere noris
Scandendis obliqua *jugis*, ne sit via *jugis*

L

Dum *labor* gressuque *labo*, *labor* hæret euntis
Latiùs insonuit *Latius* modò sermo per orbem
Heu! *latus* mucro, Christi *latus* hausit apertum
Quæ cæno *lavere*, *f* sues, *lavere f* unda solebat
Rex unum *legat* multis, quem *legatè* ad urbem

Sæpe

a *Illud à puto seu numeró, hoc aspuo*, b *A faba quam vermis rodit*. c a *frigo is*. d *à fulgeo & fulgo fulgetrum* e *Illud à sedeo hoc, à sido*. f *lavo are & ere*.

Sæpe *leges* si quas populo vis condere *leges*
In silvis *lepores* in verbis quære *lepores*
Leve solet mentum, sed mens *levis* esse juventæ
Levitas, morum *levitas* ab honore repellit.
Bacchus homoq; solet *liber*, *liber* esse legentis
Est *Legur* ad *Ligeris* flumen qui capta *ligurit*
Læsus membra *lino* unguento, mox obligo *lino*
Ludio tange *lyram*, sed *lyram* formet arator
Ante *lites* Superis si non vis perdere *lites*
Nonnuaquam in *luteo* surgit flos *luteus* *a* agro.

M

Malo procul desit *mala* pingens fæmina *malas*
Navigii *malus* *male* vehit arbore *mala*
Mane *mane* in precibus plus hinc tibi *manat* honoris
Est mulier *Matroni* gravis, sed *Matrona* flumen
Media *b* dat *medicis* morborum *medica* mala
Mera canis celebris, forsan, *mera* fabula vatum est,
Dum *metimur* opes, *metimur*, mors *meta* laborum est
Sperne *minas* judex, sed & auri respue *minas*
Dum *molitur* patiens *molitur* in æthera saltum
Ut *monopolium* *c* locus est, *monopolion* ars est.
Mora *moras* poscunt, quæ pendent arbore *mori*
Mos male *moratum*, faciet mora longa *moratum*

N

Solus in ore *nitor*, non est quo *nitor* amando
Est vermis *nitela* micans, cultusque *nitela*
Cum multis *nothus* est *notus*, *nota* firmius hœret

O

Morsu *obedit* frenum sonipes, sed flexus *obedit*
Oblitus es vino, sed non *oblitus* amoris
Devorat *os* *oris* quidquid lucratur *os* ossis
Raptor *oves* *d* laqueo, vel *oves*, aut *ova* trahendo

Grama

a *Lutea herba est quæ colore aureo florem profert:* b *Asiæ Regio* c *Hæc universè cùm locum significant, per* N *scribuntur: aliàs per breve, ut xenodochium, Parthenium,* *Thermopolium.* d *ab ovo as.*

P

Grana *palam* capiat cum dux agricola *palam*
Cum tranenda *palus* pro remo *palus* habetur
Huc *Paraclite a* Deus, procul inde *paraclyte* dæmon
Nonnunquam *pareat* semper tibi *pareat* uxor
Pendere vult tortor, non vult *pendere* malignus
Perfidus absque fide est, constans *perfidus* amicus
Lude *pilâ*, pectasque *pilos*, jace tundeq; *pilo b*
Sunt mundi piscisq; *plagæ*, *plagæq*; medentum
Causidicis differre *placet*, nisi munera *placent*
Tam tecto *planus c* est quam pectore *planus* aperto
Populus in silvis, *populus* reperitur in urbe
Vir *Porus Polusque*, *polus*, *porus* astra, meatus
Ut *porrigo d* ruat, tibi *porrigo* pectinis usum.
Prædicat ventura homini qui *prædicat* astra
Hinc vitem *propago* auget, genus inde *propago*
Morbida membra *putor*, manatq; ex vulnere *putor*

R

Ne toties *recidas*, scelus in radice *recidas*
Pauca *refert* sapiens, nisi cùm scire omnia *refert*,
Respondе longum aut breviter *respondе e* roganti.

S

Vix *saga* defendent cum pugnat *saga* veneno
Securis caput abscidit quandoque *securis*
Si quâ *sede sedes* quando est incommoda *cedes*
Est *sera sera* nimis, fur cùm fert vellera *Serum*
Pro *stipe* quid vacuum *stipas*, ut *stipes* egene?
Qui poscunt *stridere* canes, & *stridere* possunt
Pone *sudes* vallis, quamvis cum milite *sudes*.

T

Oceani *Tethys*, *Thetis* est sed Peleos uxor
Purgat agrum *tribulis* sperans frumenta *tribulis*

Ante

a Ille consolator, hic infamis. b *Nam & telum est & mortarium.* c *Impostor.* d *capitis squamæ.* e *Illud a respondeo hoc a respondo inusitato.*

Ante *vadat* quàm quis *vadat* per flumina tuto.
Ut *vagit* ore lepus *vagit* puer atq; *vagatur*.
Ad *Venéris* ne *venéris* dum *veneris* ædes
Vincite primùm hostes post hæc *vincite* catenis
Dum *vir es* atq; *vires*, *vires* impende labori
Ut *virosa* nocet serpens, *virosa* matrona
Et *vitia* & *vites*, cum sit cognatio *vites*

* * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * *

FLORES POETARUM

Sive

SENTENTIOSI VERSUS.

Et fragmenta ex Veteribus præcipuè Pòétis selecta.

Incipientia ab A

AB Jove primus honos. *Stat. lib. 5. Thebaid.*
Ab Jove principium Musæ: Jovis omnia plena. *Virg. 3. Eclog,*
Ab Jove surgat opus. *Ovid. 5. Fast.*
A bove majori, discit arare minor.
A cane non magno sæpe tenetur aper, *Ovid.*
Accipiat Patris exemplum tribuatque Nepoti Filius. *Claud. in Manlii Consulatu.*
Adjuvat in duris aliquos patientia rebus. *Pont. 7.*
Adeò à teneris consvescere multum est. *2. Gerog.*
Alitur vitium, vivitque tenendo.
Alium silere quod voles, primus sile, *Sen. Hipp.*
Alloquor extremùm mœstos abiturus amicos.
Este salutati tempus in omne mihi *Ov. 1. Tr: 3.*
Alter rixatur de lana sæpe caprina. *Horat. 1. Ep.*
Altera pars moritur, nescit pars altera lethum. *Man.*

Amicos res opimæ parant,adversæ probant. *P. Syr.*
Amor timere neminem verus potest. *Senec. Med.*
Angelicus juvenis senibus sathanizat in annis.
An nescis longas Regibus esse manus? *Ov.* 16. *Ep.*
Arbitrii nostri non est, quid quisq; loquatur. *Pl.* 19
Ardua per præceps gloria vadit iter, *Ov.* 4. *Tr.* 3.
Ardua privatos nescit fortuna penates. *Cl.* 3.
Ardua res hæc est opibus non tradere mores. *Mart. lib.* 11. *Ep.* 4
Armiger in castris, non curat quid sit in Astris.
Asperius nihil est humili, cùm surgit in altum: *Cl.*
Aspiciunt oculis Superi mortalia justis. *Ov.* 13. *Met.*
Astutam vapido servas sub pectore vulpem. *Iuv. S.* 5.
A teneris impende laborem *Virg* 3. *Georg.*
Attenuant vigiles corpus miserabile curæ. 3. *Met.*
Audendum est: fortes adjuvat ipse Deus. *Tib.* 1. *el.* 2.
Audentes Fortuna juvat. *Virgil: Æneid.*
Auro nulla fides, auro venalia jura. *Pers.*
Aurum lex sequitur mox sine lege pudor. *Prob l,* 3.
Aurum omnes, victâ, jam pietate colunt *Prop. l.* 3.
Ascultare disce, si nescis loqui. *Pomponius.*
Aut prodesse volunt,aut delectare, Poëtæ. *H. de ar.*
Aut simul & jucunda & idonea dicere vitæ. *Idem,*

Incipientia à B.

BEatus ille qui procul negotiis. *Hor.* 2. *Epod.*
Bene paupertas
Humili tecto contenta latet. *Senec. Octav*
Bis est gratum quod opus est, ultrò si offeras. *Id.*
Blanda truces animos fertur mollisse voluptas 2. *a*
Blanda Patrum segnes facit indulgentia natos. *M.*
Bonis nocet, quisquis pepercit malis. *Pub. Syrus.*
Bonus cum bonis est, malus cum malis. *Pl. Most.*

Incipientia à C.

CAndida pax homines, trux decet ira feras. 3. *Art*
Cantabit vacuus coram latrone viator. *Iuv. S.* 10
Cantator cygnus funeris ipse sui. *Martial.*

Car

Carmina quam tribuunt, fama perennis erit. *Ovid.*
Carmen amat, quisquis carmine digna gerit. *Claud.* *in præf. l. de laud. Stil.*
Carmina proveniunt animo deducta sereno. *1.T.*
Casta Deus mens est, castâ vult mente vocari. *Auſ.*
Caseus & panis sunt optima fercula sanis. *Saler.*
Casus ubique valet, semper tibi pendeat hamus,
Quo minimè reris gurgite, piscis erit. *3. de art:*
Causa jubet melior Superos sperare secundos. *Luc.*
Cede repugnanti, cedendo victor abibis. *2. de art.*
Cernis, ùt ignavum corrumpant otia corpus,
Et vitium capiant, nî moveantùr, aquæ *1. Pont.*
Certandum est, nulli veniunt sinè Marte triumphi. *Mant. Syl.*
Clamabam in silvis, quid sit formosa Juventus?
Audiit hoc Echo garrula, ventus ait.
Clara dies Pauli bona tempora denotat anni.
Si fuerint venti designant prælia genti,
Si nox, aut nebulæ, pereunt animalia quæque.
Coctâ facit rutâ de pulicibus loca tuta. *Salern.*
Cælum si cernes, facile hæc mortalia spernes.
Cælum non animum mutant, qui trans mare currunt. *Horat. 1. Ep. 11.*
Collige Vere rosas, fugitivæ symbola vitæ:
Et memor esto, ævum sic properare tuum. *Auſ.*
Comes facundus in via, pro vehiculo est. *Pub. Syr,*
Communia esse amicorum inter se omnia. *Ter. in And.*
Consilium nobis resque, locusque dabunt. *1. Am.*
Corrumpunt etiam sanctos commercia prava.
Consule, queis ætas longa magistra fuit, *Ovid.*
Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora *Opera misſ.*
Conscia mens recti, famæ mendacia ridet, *6. Faſt.*
Conscius ipse sibi, de se putat omnia dici, *Cat. 1. M.*
Contra vim mortis non est medicamen in hortis.
Conturbabantur Constantinopolitani
Innumerabilibus sollicitudinibus:

Conturbare cave, non est placare suave;
Infamare cave, nam revocare grave. *Aul. Pol.*
Conveniunt rebus nomina sæpe suis.
Corpora magnanimo satis est prostrâsse leoni.
Corrige præteritum, rege præsens, cerne futurum. *Gwinerus.*
Credebant hoc grande nefas, & morte piandum.
Si juvenis vetulo non assurrexerit; & si
Barbato cuicunque puer. *Iuvenal.*
Crede mihi quem nunc horrescis, amabis. *Clau.*
Crede mihi res est ingeniosa, dare. *Ov: 1. Au 8.*
Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. *Iuven. 14. Sat.*
Crevit in adversis virtus. *Lucan. l. 3*
Cum fex, cum limus, cùm terra levissima simus,
Unde superbimus? nescimus quando perimus.
Cùm rectè vivas, ne cures verba malorum. *Cato.*
Cùm tumulum cernis, cur non mortalia spernis?
Tali namque domo clauditur omnis homo.
Curia pauperibus clausa est, dat census honores.
Census amicitias, pauper ubique jacet, *Ov: am:*
Curios simulant, & Bacchanalia vivunt. *Juv: 2. Sat*

Incipientia à D.

Damna fleo rerum, sed plùs fleo damna dierum
Rex poterit rebus succurrere, nemo diebus.
Danda Jovi laurus, dum prior illa viret *Ov: 3. Po.*
Dantur opes nulli nunc, nisi divitibus. *Mar: l. 5*
Dat bene, dat multum, qui dat cum munere vultum
Dat veniam corvis, vexat censura columbas. *Iuv.*
Decipit incautas fistula dulcis aves. *Ovid.*
Dediscit animus seró, quod didicit diu. *Sen. Troad.*
De malè quæsitis non gaudet tertius hæres.
Denique, quid verbis opus est, spectemur agendo *Ovid. 12. Met.*
Depulsâ surget nube, serena dies. *Ovid.*
De te alii narrent; proprio sordescit in ore.
Gloria: si taceas, plùs tibi laudis erit. *Verinus.*

Di

Dic quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo)
Tres pateat Cæli spatium non amplius ulnas. *Virg.* 3. *Ecl.*
Dic quibus in terris inscripti nomine Regum.
Nascantur flores: *Virg. Eclog.*
Differ: habent parvæ commoda magna moræ, *Pa.*
Difficile est opibus mores servare pudicos. *Verin.*
Difficile est tristi fingere mente jocum. *Tr. l.* 3. *Ecl.* 6.
Dimidium facti qui bene cœpit habet. *Hor.* 1. *Ep.* 2.
Diruit, ædificat, miscet quadrata rotundis. *Horat.*
Discere non cesses: curâ sapientia crescit. *Cat.* 4. *Mo.*
Discite quàm parvo liceat producere vitam,
Et quantum natura petat. *Lucan lib.* 4.
Distulit in miseram commissa piacula mortem. 6. *Æn.*
Diversæque vocant animum in contraria curæ. *Virg.* 12 *Æneid.*
Diversos diversa juvant, non omnibus annis.
Omnia conveniunt: res priùs apta, nocet. C G.
Donec eris felix multos numerabis amicos,
Tempora si fuerint nubila, solus eris. O. 1. T. S.
Ducere quàm cupies, habeat P. quinque Puella:
Sit pia, sit prudens, pulchra, pudica, potens.
Dulcia non meruit, qui non gustavit amara.
Dum fueris Romæ, Romano vivito more.
Dum sonat hora cave, nè taceatur Ave.
Durum iter ad laudes. gravior via ducit in altum

Incipientia ab E.

Effigiem Christi cùm transis semper honora:
Non tamen effigiem, sed quem designat, adora,
Eheu quàm levibus pereunt ingentia causis! *Cl.* 2
Emendat visum, stomachum confortat anisum, *Sal.*
Emitur solâ virtute potestas. *Cl.* 3. *de C. H. n.*
Enumerat miles vulnera, Pastor oves, *Ovid.*
Esse, fuisse, fore: tria florida sunt sinè flore.
Este precor memores, quâ sitis stirpe creati. 3. *Met.*
Est modus in rebus, sunt certi denique fines.

Quos ultra, citraque nequit consistere rectum,
Horat. 1. *Ser.* 1.
Et genus, & proavos, & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco, *Ovid.* 13. *Metam.*
Et hæc olim meminisse juvabit, c *Virg.* 2 *Æneid*
Et mala radices altiùs arbor agit. *Ov* 1. *Rem.*
Et neglecta solent incendia sumere vires. 1 *Ep.* 18.
Et parvæ non rarò est gratia Musæ. *Mar*, *l* 9.
Et pueri nasum Rhinocerotis habent, *Mart.* *l.* 1.
Et quandoque olitor fuit opportuna locutus.
Et quo non possum corpore; mente feror. *Ovid.*
Est quoq; cunctarum novitas gratissima rerum.
3. *Pon.*
Est commune mori, mors nulli parcit honori:
Debilis & fortis veniunt ad limina mortis,
Et fugiunt fræno non remorante, dies. 6. *Fast.*
Et quis non casus mille doloris habet? 3. *Remed.*
Et semel emissum volat irrevocabile verbum.
2, *Ecl.*
Exeat ex aula, qui volet esse pius *Lucanus.* *l.* 8.
Eximia est virtus, præstare silentia rebus.
Ast contrà gravis est culpa, tacenda loqui. 2. *Art.*
Ex libro doctus quilibet esse potest,
Exsuperas morum nobilitate genus. *Ov.* 4. *Trist*, 4.

Incipientia ab F.

Facilis descensus Averni,
Noctes atque dies, patet atri janua Ditis:
Sed revocare gradum, superasq; evadere ad auras,
hoc opus, hic labor est. *Virg* 6 *Æn:*
Fac modô consuescas; nihil assuetudine majus 2.
de Art.
Fastus inest pulchris, sequiturq; superbia formam,
Hor.
Feliciter sapit qui alieno periculo sapit. *Plaut.*
Felix in terris sapiens, & in æthere felix. *Cato.*
Felix qui didicit contentus vivere parvo, *Cato.*
Felix, qui potuit rerùm cognoscere causas! 2. *Geo.*
Felix

Felix quem faciunt aliena pericula cautum. *Ov. Tr.*
Felix qui meruit tranquillam ducere vitam.
Et lætos stabili claudere fine dies. *Cor. Gal.*
Feriunt celsos fulmina colles. *Sen. Agamen,*
Fertilis assiduô si non renovetur aratrô.
Nil nisi cum spinis gramen habebit ager. 1. *Ov.* 5. *Tr.*
Et vidisse parum, maxima damna parit, *Luc. l.* 5.
Fient ista palam, cupient & in acta referri. *Iu.* 2. *S.*
Filia sub tilia, nebat subtilia fila:
Flebile principium melior fortuna sequetur. *Ovid.*
Flectitur iratus voce rogante Deus. 1. *Art.*
Fleres, si scires unum tua tempora mensem,
Rides, cùm non sit forsitan una dies.
Floscule, manè puer, mediâ vir luce, senexque
Vespere: sic tota est unica, vita, dies,
Fæmina nulla bona est, quod si bona contigit ulli,
Nescio quo pacto; res mala facta bona est. *Ste.*
Forma, figura, locus, tempus cum nomine, sanguis,
Patria: sunt septem, quæ non habet unus & alter,
Forma perit vinô, vinô corrumpitur ætas. *Proper.*
Forma viros neglecta decet. *Ovid.* 1. *de Ar.*
Formida, nimium sublimia semper. *Ov,* 3. *Tr.* 4.
Forsan & hæc olim meminisse juvabit, 1. *Æn.*
Fortiaq; adversis opponite pectora rebus, *Ho.* 4. *S.*
Fortuna belli, semper ancipiti loco est, *Sen. Thy.*
Fortuna multis dat nimis, satis nulli. *Mart. l.* 12 *E.*
Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo. *Vir.* 5 *E.*
Frangit Deus omne superbum. *Prudentius.*
Frigidus, ô pueri, fugite hinc, latet anguis in herba, *Virg.*
Fronte capillatâ; post est Occasio calva *C. a. M.*
Fugit irreparabile tempus, *Virg. Geor,*
Furor fit, læsa sæpius patientia. *Pub, Syr.*

Incipientia à G

GAude quòd spectant oculi te mille loquentem, *Hor.* 1 *Ep:* 6.

Gaudia principium nostri sunt causa doloris. *Ovid,*
Gaza frequens Libycos duxit Carthago triumphos.
Hic versus totum continet Alphabetum.
Gloria nostra perit, nullum reditura per ævum.
Juv.
Grandia si parvis assimilare licet, *1, Trist.*
Grata superveniet quæ non sperabitur hora. *Hor:*
Gratior est pulchro veniens è corpore virtus. *Virg.*
Gratius ex ipso fonte bibuntur aquæ *O. 3. P. 5.*
Gutta cavat lapidem, non vi, sed sæpe cadendo.
Sic homo fit doctus, non vi, sed sæpe studendo.

Incipientia ab H.

HÆc domus odit, amat, punit, conservat, honorat,
Nequitiem, pacem, crimina, jura, probos.
Hæc placuit semel, hœc decies repetita placebit.
Horat: de Arte,
Haurit aquas cribro, qui discere vult sine libro.
Heu patior telis vulnera facta meis! *Ov, 2. Her:*
Heu quantum pœnæ, misero mens conscia donat,
Lucan, l. 7.
Heu quàm difficile est, non crimina prodere vultu! *Ov, 2 Metam,*
Heu! quot habet mors sæva vias, artesq; nocendi.
Hic murus aheneus esto.
Nil conscire sibi, nullâ pallescere culpâ, *Hor,*
Hic stupor est mundi qui scibile discutit omne.
Hoc decet: hoc leges, jusq, pudorq; jubent, *Ov,*
Hoc non fit verbis, Marce: ut ameris, ama. *Mart;*
Hoc scio pro certo quoties cum -- ◡ ◡ certo,
Vinco seu vincor, semper ego maculor,
Hoc volo, sic jubeo: stat pro ratione voluntas,
Juv, 6, Sat.
Homo vitæ commodatus, non donatus est. *Pub. S,*
Hos ego versiculos feci, tulit alter honores. *Virg:*

Incipientia ab I.

JAm proximus ardet Ucalegon. *Vir. 2. Æn:*
Jamque iter emensi casus superavimus omnes,
Vir:

I bone

I bone, quò virtus tua te vocat, I pede faufto.
Grandia laturus meritorum præmia. *Hor:* 2 *Ep.*
Icarus Icarias nomine fecit aquas. *Ov.* 1. *Trist:*
I decus, I noftrum, melioribus utere fatis. *Vir,* 6. *Æneid,*
Id facere laus eft, quod decet, non quod licet, *Sen.*
Jeiunat juftus, medicus, fimulator, avarus,
Spiritui, carni laudi, ftudio retinendi:
Illi mors gravius incubat,
Qui notus nimis omnibus,
Ignotus moritur fibi. *Sen, Thieft. Chor,*
Ima permutat brevis hora fummis. *Sen. Thy:*
Immodicis brevis eft ætas, & rara fenectus, *Mart:*
Impedit ira animum, poffit ne cernere verũ, *Cat,*
Impia fub dulci melle venena latent, *Ov.* 1 *Am,*
Improbe amor quid non mortalia pectora cogis!
Virg, 4: *Georg.*
Incidit in Scyllam, cupiens vitare Charybdim,
In curis confumit inanibus ævum. *Verinus,*
Indicat in pueris feptennia prima novus dens, *An,*
Induit humanos fi quando Modeftia vultus,
Sic oculos, fic illa manus, fic ora ferebat.
Ingeniô formæ damna rependo meæ, *Ovid,*
Ingenio ftimulos fubdere fama folet, 5 *Trift,* 1,
Ingenui vultûs puer ingenuique pudoris, *Iu. S.* 1.
Ingenium fuerat quondam pretiofius auro,
At nunc barbaries grandis, habere nihil. *Ovid,*
Ingenium probitas, artemque modeftia vincit,
Stat, Syl, ad Æn.
Inopem me copia fecit, *Ovid.* 3 *Metam.*
Inopiæ pauca defunt, avaritiæ omnia, *Pub, Syr,*
In fylvis lepores, in menfis quære lepores,
In te talis erit, qualem te fenferit alter, *Mant,*
Inter convivas, fac fis fermone modeftus,
Ne dicare loquax, dum vis urbanus haberi. *Cato.*
Interdum lacrymæ pondera vocis habent. *Ovid.*
Interdum mifcentur triftia lætis. *Ov,* 6. *Faft,*
Intem-

Intempestivè qui monet, ipse nocet.
Inter quadrupedes, gloria prima lepus. *Mar,l.* 13. *E.*
Inter utrumque vola, medio tutissimus ibis, *Ov: l.* 2, *Mar.*
Intima per mores cognoscimus exteriores,
Intret in hanc aulam, qui volet esse pius,
Inveni portum: spes & fortuna valete; *Aul, Pol,*
Invia virtuti, nulla est via, *Ovid,* 13 *Mccam,*
Invidia horrendum monstrum, sævissima pestis!
Irus & est subito, qui modò Cræsus erat, *Ov,* 3. *Tr:*
Ità comparata est hominum natura omnium,
Aliena melius ut videant & judicent
Quam sua, *Terent: Hea,*
Itur in antiquam silvam. *Vir,* 6 *Æn,*
Judex quisque suus; mens conscia, testis & actor:
Hoc, quicunque sapis, sæpe tribunal adi
Jupiter est quodcunque vides: Jovis omnia plena. *Ovid.*
Juvat in prima coluisse Helicona juventa, *Prop, l,1*
Juvenis ardor impetu primo furit,
Languescit facilè, non durat diu. *Sen, Octav.*

Incipientia ab L.

LAbi hominum, servare DEI est, *Prudentius,*
Labitur exiguo, quod partum est tempore longo, *Cato* 2, *Mor;*
Lacte, mero, veteres usi narrantur & herbis 4, *Fast,*
Lachrymis struit insidias dum fæmina plorat, *Cato,*
Latrantē stomachum bene lenit cum sale panis, *Hor,*
Laudataque virtus crescit, & immensum gloria calcar habet, *Ovid,* 4,
Lectio lecta placet: decies repetita placebit
Levant & carmina curas, *Aurel, Olymp,* 4 *E,*
Leviùs id lædit, quidquid prævideris ante, *Cat;* 2,
Libra dies, somniq; pares ubi fecerit horas, 2 *Geor,*
Linquo coax ranis, cras corvis, vanaque vanis,
Ad logicam pergo, quæ mortis non timet *Ergo,*
Longa dies molli saxa peredit aquâ, *Tibul, l,* 1,

Longa quies somni fomes vitio fit in omni,
Longiùs, aut propiùs,mors sua, quemq; manet, *Pr,*
Lote cale, sta pranse, vel i. frigesce minute. *Sal,*
Ludit in humanis Divina potentia rebus,
Et certam præsens,vix habet hora fidem,*Ov,4,Po,*
Lux abit, umbra fugit, volat irrevocabile tempus,
Transit præcipiti sic tua vita pede *Horlog,*

Incipientia ab M.

MActe novâ virtute puer: sic itur ad astra, *Virg,*
Magna fuit capitis quondam reverentia cani,
5, Fast,
Magna petis Phaëton, sed quæ non viribus istis
Munera conveniunt *Ov: 2, Metam,*
Magnum iter ascendo, sed dat mihi gloria vires *Pr,*
Malè vivunt qui se semper victuros putant, *Pu Sy,*
Manè rubens cælum venturos indicat imbres.
Sero rubens cælum, cras indicat esse serenum.
Martius, Aprilis, Majus sunt tempora veris.*Au Ed.*
Medium tenuêre beati. *Sen. Oed.*
Melius nil cælibe vitâ *Horat, 2, Ep,*
Mens aliud svadet. video meliora proboque,
Deteriora sequor. *Ovid, 7. Metam.*
Mensibus, emensis, dum lucet Orionis ensis:
October mensis dat mustea pocula mensis:
Mensibus erratis in terra nè sedeatis.
Mihi res,non me rebus submittere cogor. *Hor.*
Mille bóves pascunt, vitulorum millia centum:
Musca, super vitulum quemlibet, una sedet. *quot hi omnes habent pedes* R. 1004000.
Mitto tibi nAVEm puppi proraque carentem,
Hanc sinè sed sola puppe remitte mihi. AVEm,
Mobile mutatur semper cum principe vulgus. *Cla.*
Moribus antiquis res stat Romana virisque, *Enaius,*
Mors etiam saxis, marmoribusque venit, *Anson.*
Mors nescit legem, tollit cum paupere regem.
Mors spernit altam gloriam,
Involvit humilem, pariter & celsum caput,

Æquat

Æquat summis infima. *Boëtius, l, 2,*
Multa loquens, & cuncta tacens, non ambo placemus. *Auson: Ep, 25,*
Multos cæcus amor cogit secreta fateri, *Vir. de Ve,*
Multùm crede mihi refert, à fonte bibatur *Ma,l,9,*
Munera crede mihi placant, hominesque Deosque;
Si te non placant, nec Deus es, nec homo. *Ov,*
Mundus non mundat, sed mundos inquinat: ergo.
Qui manet in mundo, quomodo mundus erit?
Musa, paulô majora canamus, *Vir, 4, Eclog,*

Incipientia ab N.

NAm leviùs læditur, quidquid præviderís antè *Cato,*
Nascentes morimur, finisq; ab origine pendet, *M.*
Naturam expellas furcâ, tamen usq; recurret, *Hor,*
Navita de ventis, de bobus narrat arator,
Enumerat miles vulnera, pastor oves. *Prop, l.2,*
Nec imbellem feroces,
Progenerant aquilæ columbam. *Hor, 4. Car, 9,*
Nec semper violæ, nec semper lilia florent:
Et riget amissa, spina relicta, rosa. *Ov: 2.de art.*
Nec te collaudes, nec te culpaveris ipse:
Hòc faciunt stulti quos gloria vexat inanis *Ca:*
Nemo adeò ferus est, ue non mitescere possit. *Hor*
Nemo confidat nimium secundis,
Nemo desperet meliora lapsis, *Sen. Thyest.*
Nemo potentes aggredi tutus potest. *Sen. Mat:*
Nemo potest servus dominis servire duobus.
Nemo repentè fit turpissimus *Juv: 2. Sat:*
Nemo tam divos habuit faventes,
Crastinum ut possit sibi polliceri:
Res Deus nostras celeri citatas,
Turbine versat, *Senec. Thyest.*
Ne pudeat, quæ nescieris, te velle doceri,
Scire aliquid laus est, pudor est nil discere velle
Cato 4. Mor:
Nemo suas moriturus opes secū auferet isthinc,
Pauper, nudus, inops Cræsus & Irus erit.

Nescio

Nescio, quâ natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui. *Ovid:*
Nescit vox missa reverti. *Horat. de Arte*
Nil te conturbet, si mens est conscia recti;
Nihil est totum, quod viximus: omnia secum
Tempus præteriens, horaq; sum̄a trahit *Cor;Ged,*
Nil temere incipias, sed primùm consule: cœpti
Nam multos serò pænituisse liquet. *Verinus.*
Nitimur in vetitum semper cupimusque negata.
Nota tua est probitas, testataq; tempus in omne. O.
Nobiliora tenent animos exempla pudicos. *Clau:*
Nobilis est ruta, quia lumina reddit acuta, *Salern*
Nobilitas sola est atque unica virtus. *Juv. 8, Sat*
Nobis non licet esset tam disertis. *Mart: l. 9. 18,*
Nocte pluit totâ redeunt spectacula manè,
Divisum imperium cum Jove Cæsar habet
Virg.
Non bene conveniunt, nec in una sede morantur.
Majestas & amor. *Ovid.* 2, *Metam*
Non cuivis homini contingit adire Corinthū. *H.*
Non est ad astra mollis è terris via. *Sen. Her. Fur.*
Non ego ventosæ plebis suffragia venor. *Hor.* 1. E.
Non est æternus sit nisi, verus amor.
Non est conveniens luctibus iste color, *Ov:* 1. T, 1,
Sera nimis vita est crastina, vive hodie, *M, l,* 1.
Non est ex horto flosculus iste tuo.
Non est quod multa loquamur, *Hor, 2, Ep, 1,*
Non habet eventus, sordida præda bonos. *Ov,*
Non jacet in molli veneranda scientia lecto.
Non omnis fert omnia tellus, *Virg,*
Nos aper auditu, linx visu, simia gustu,
Vultur odoratu præcellit, aranea tactu.
Non omnibus unum est,
Quod placet, hic spinas colligit, ille rosas,
Non poterit pretio vel breve tempus emi,
Non potui fato nobiliore mori. *Mart, l, 11, Ep. 78.*
Non priùs in dulcem declines lumina somnum,
Omnia

Omnia quàm longi reputaveris acta diei, *Auson*,
Non procul à proprio stipite poma cadunt.
Non recipit mens pura malum. *Paulinus*,
Non satis est puris versum conscribere verbis, *H*,
Non sumus *Archi*-quidem *medæ*, fateor. tamen, heus tu!
Si meliùs scis hæc his meliora face, *Plachy*,
Non sit cura tibi de magni nominis umbra.
Noscitur ex socio, qui non cognoscitur ex se,
Nos quoque floruimus, sed flos fuit ille caducus,
Ovid, *5*, *T*, *9*,
Nox, & amor, vinumque, nihil moderabile suadent.
Nube solet pulsâ candidus ire dies, *Ovid*, *2*, *Tris*, *3*,
Nudus in ignota Palinure jacebis arena! *Vir*, *5*, *Ar*,
Nulla dies sine linea. *Apelles*,
Ut fausta eveniat mors ultima linea rerum:
Ducta die quovis linea recta facit,
Nulla tui me unquam capient oblivia Marce.
Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes. *Virg*.
Nulla salutiferô præstantior herba tabaco est.
Nulla sors longa est, dolor & voluptas.
Invicem cedunt, brevior voluptas, *Sen*. *Thyest*,
Nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum. *Cato*, I.
Nulli te facias nimis sodalem,
Gaudebis magìs, & minùs dolebis. *Mart*, *l*, *10*,
Nullus tam fortis, cui parcant spicula mortis.
Numerô Deus impare gaudet, *Virg*, *8*, *Eclog*,
Nummos quisq; tuos, non te, reveretur, amatque,
Nunquam potest non esse virtuti locus, *Sen*, *Med*,
Nux, asinus, campana, piger, sinè verbere cessant,

Incipientia ab O.

OTia si tollas, periêre Cupidinis arcus, *Ovid*: *1*. *rem*,
O curas hominum! ô quantum est in rebus inane!
Pers, *1*, *Sat*:
Oderunt hilarem tristes, tristemque jocosi,

Seda-

Sedatum celeres, agilem gnavumq; remissi *Hor.* 1
Oderunt peccare boni, virtutis amore. *Hor.* 1, *Ep*,
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.
O! dives: dives! non omni tempore vives.
Fac bene dum vivis, post mortem vivere si vis,
O mihi præteritos referat si Juppiter annos, *Vir*, 8. *Ec*:
Omne animi vitium, tantò conspectius in se
Crimen habet, quantô major qui peccat habetur,
Iuv, *Stat*,
Omnem crede diem, tibi diluxisse supremū, *Hor*. 1.
Omne solum forti patria est. *Ovid*, 1, *Fast*,
Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci, *Hor*,
Omnia conando docilis solertia vincit. *Mant*. *l*, 1,
Omnia deficiunt, animus tamen, omnia vincit, *Ov*,
O! mihi si linguæ centum sint, oraque centum
Omnia si perdas, famam servare memento,
Omnia si perdas, te solum perdere noli.
Omnibus est eadem lethi via, non tamen unus,
Est vitæ cunctis, exitiique modus. *Cor*, *Gal*,
O! Oculi, scopuli titulo meliore vocandi,
Heu! quibus allisæ tot periêre rates,
Orandum est, ut mens sit sana in corpore sano. *Iu*.
Os homini sublime dedit, cœlumque tueri,
Iussit & erectos ad sidera tollere vultus. *Ovid*,
Ossibus ex denis, bis centenisque novenis.
Constat homo denis bis dentibus, & duodenis.
Ex tercentenis decies sex, quinqueq; venis *Sal*,
Otia felices evertunt funditus urbes.
O tite, tute, tati, tibi tanta tyranne tulisti. *Enn*,

Incipientia à P.

Pallida luna pluit, rubicunda flat, alba serenat.
Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas,
Regumque turres, *Horat*, 1, *Carm*, 4,
Pallor in ore sedet, macies in corpore toto, *Vir*,
Parciùs ista viris tamen objicienda memento. *Virg*.
Pars nulla nostri tota ab insidiis vacat, *Sen*, *Thy*.

Par

Parturiunt montes nascetur riduculus mus, *Horat,*
Pastor, arator, eques: pavi, colui, superavi:
Capras, rus, hostes, fronde, ligone, manu *Virg,*
Pendet ab officio spes mihi magna tuo, *3, Fast,*
Peragit tranquilla libertas,
Quod violenta nequit. *Claud;in Manil, Consul*
Per pisces, & aves, multi periêre scholares.
Per quod quis peccat, per idem punitur & ipse,
Per risum multum poteris cognoscere stultum *Ca,*
Per varios usus artem experientia fecit, *Manil,l, 5.*
Phi nocet, & lippus, nocet totus ergo Philippus.
Pictoribus atque Poëtis.
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.
Horat, de Art,
Pluribus intentus minor est ad singula sensus
Plus vigila semper, nec somno deditus esto,
Nam diuturna quies vitiis alimenta ministrat.
Cato 1, Moral.
Post hominem vermis, post vermem fætor, & horror.
Sic in non hominem vertitur omnis homo,
Poma dat autumnus, formosa est messibus æstas,
Ver præbet flores, igne levatur hyems, *Ovid, 1. R,*

Quatuor Tempora.

Post crux, post cineres, post Spiritus, atque Luciæ
Sit tibi in angaria quarta sequens feria,
Post mensam pausa, nec stes, nec eas sine causa.
Anti Salern,
Post visum; risum; post risum, venit in usum,
Post usum: tactum: post tactum venit ad actum,
Post actum; factum; post factum pænitet actum.
Præteritis quæcunque carent, spoliato supinis,
Exceptis cinerum, defunctorumque diebus,
Principibus placuisse viris, non ultima laus est, *Ho:*
Principium fervet, medium tepet, ultima frigent,

Prin-

Principiis obsta: serò medicina paratur,
Cùm mala per longas invaluêre moras. *Ov,*
Principis est virtus maxima, nosse suos, *Mart, l. 8,*
Proh Superi! quantùm mortalia pectora cæca,
Noctis habent, *Ovid. 6, Metam,*
Promittis, violas, ut me violentiùs uras,
Cur violas violis me, violente, tuis!
Prospera animos erigunt, *Sen, Agam,*
Proximus ille Deo est, qui scit ratione tacere, *Cato,*
Pugnat ad exemplum *primi* minor ordine *pili:*
Multaque fert miles vulnera, multa facit, *Ov,*
Pulvis, & umbra sumus, *Hor, 6, Car. 7,*
Pulvis, & umbra sumus, pulvis nihil est nisi fumus
Sed nihil est fumus nos nihil ergo sumus,

Incipientia à Q.

QUadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum, *Virg, 8, Æn.*
Quæ culpare soles, ea tu nè feceris ipse, *Cat, 1, M*
Quod fuit durum pati,
Meminisse dulce est, *Sen, Her, Fur,*
Quæ nocitura putas, quamvis sint chara, relinque.
Cato, 1, mor,
Quæritur, Ægysthus curnam sit factus adulter?
In promptu causa est: desidiosus erat, *Ovid,*
Quàm difficile est, crimen non prodere vultu.
Ov, 2, Met,
Quando bibo vinum, loquitur mea lingua latinũ.
Quandoque bonus dormitat Homerus. *Hor, de Art:,*
Qui blandiendo dulce nutrivit malum,
Serò recusat ferre, quod subiit jugum. *Sen. Hip,*
Qui cupit uxorem, cupit absque quiete laborem. *Iu.*
Qui non est hodie, cras minùs aptus erit: *Ov, 2 Re,*
Quid curo stellas, si mihi, Phœbe, faves?
Quid est somnus, gelidæ nisi mortis imago: *Ov,*
Quid facies, facies Veneris cùm veneris ante?
Ne sedeas, sed eas, ne pereas per eas.

H Quid

Quid *species* * quid * *lingua* mihi, quid profuit ætas
Mart, l, 7 Ep, 5, * Philoloph. * Rhet.
Quidquid Nix celat, Solis calor omne revelat.
Qui non assuescit virtuti, cùm juvenescit.
A vitiis nescit deflectere quando senescit.
Qui non vetat peccare cùm potest, jubet. *Sen, Tr,*
Qui sedet in terra, non habet unde cadat.
Quisque suæ vitæ semina jacta metet *Fortunatus,*
Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.
(quando
Quis, quid, ubi, quoties, per quæ, cur, quomodo,
Quisquis amas mundum, tibi prospice; quâ sit eundum,
Hæc via quâ vadis, via pessima, plenaq; cladis.
Hac periêre omnes quotquot iêre viâ,
Quisquis amat dictis absentum rodere vitam,
Hanc mensam vetitam noverit esse sibi. *S. Aug.*
Quisquis amat ranam, ranam putat esse Dianam,
Quisquis medium defugit iter,
Stabili nunquam tramite curret, *Sen, Her, Octæ,*
Quisquis non justò plus sapit, ille sapit. *Mart, l, 4,*
Quis scit an adjiciant hodiernæ crastina summæ,
Tempora Dii Superi, *Horat, 4, Carm, 7,*
Qui statuit aliquid parte inauditâ alterâ,
Æquum licet statuerit, haud æquus fuit: *Sen, M:*
Qui sua non edit carmina, nostra legat, *Aus. E 33.*
Qui velit ingenio cedere, rarus erit. *Mar.l. 8, Ep. 8,*
Qui vexant alios, tandem vexantur & ipsi, *Cato,*
Quod caret alternâ requie, durabile non est *Ovid,*
Quò major labor est. gloria major erit. *Fortun. 2.*
Quod nova testa capit, inveterata sapit, *Cato.*
Quod ratio nequit, sæpe sanavit mora. *Sen, Agn.*
Quô plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ. *Ov, 1, E.*
Quod fecisse volês hoc tempore, quô morieris,
Hoc facias, quando corpore sanus eris.

Incipientia ab R.

RAra est adeò concordia formæ,

Atque

Atque pudicitiæ. *Juv.* 10. *Sat.*
Rara fides hominum, quia multi multa loquuntur. *Cato*,
Raris juvat auribus placere. *Mart.* *l.* 2. *Ep.* 85.
Raro antecedentem scelestum,
Deseruit pede pœna claudô, *Hor.* 3. *Car.* 2.
Raro breves humiles vidi, rufosque fideles,
Rarum est felix, idemque senex. *Sen.* *Her.* *Oct.*
Rebus in adversis, animum submittere noli, *Cato.*
Rebus in adversis, magnum munimen, amicus, *St.*
Rebus in adversis, melius sperare memento *Cato.*
Rebus in adversis, sapientia vera probatur, *Verin*,
Regem non faciunt opes,
Non vestis Tyriæ color, &c. *Sen.* *Thyest.*
Redeunt Saturnia secla, *Virg.*
Regia. crede mihi, res est, succurrere lapsis. *Ovid*,
Regis ad exemplum totus componitur orbis. *Hor.*
Regna labor mortalia vexat. *Cl. de bel· Get.*
Res amicos facit, *Plaut.* *Stich.*
Res est magna tacere, *Mart*, *lib.* 4. *Ep.* 90.
Res immoderata Cupido est, *Ovid*, 4. *Pont.* 15.
Res non semper, spes mihi semper adest, *Ovid.*
Respice quid moneant leges, quid curia mandet,
Præmia quanta bonos maneant. *Iuv.* 8. *Sat.*
Responsura tuo nunquam par fama labori. *Hor.*
Res secundæ non habent unquam modum. *Sen*,
Rex est, qui posuit metus.
Et diri mala pectoris:
Hoc regnum sibi quisque dat, &c: *Sen.* *Thy.*
Rex Jupiter omnibus idem. *Virg.* 10. *Æn.*
Ride: ridendo maxima damna teres. *Stroza*,
Rumpatur, quisquis rumpitur invidiâ. *Mart.*
Rusticus agricolam, miles fera bella gerentem.
Rectorem dubiæ navita classis amat. *Ovid.* 2. *Pon.*
Rusticus expectat, dum defluat amnis, at ille
Labitur; & labetur in omne volubilis ævum, *Hor.*
Rusticus inflatur, si multum, & sæpè rogatur.

Ungentem pungit, pungentem rusticus ungit.

Incipientia ab S.

SAcrum pingue dabo, non macrum sacrificabo ;
Retrogradè sic.
Sacrificabo macrum, non dabo pingve sacrum,
Sæpe aliis dolor alterius solet esse voluptas *Str.*
Sæpe canem longè visum, fugit agna, lupumque
Credit, & ipsa suam nescia vitat opem, *Ovid.*
Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia, *Cal.*
Sæpe etiam steriles incendere profuit agros *Virg.*
Sæpe tacens odii semina vultus habet. *Ov. 3. dear.*
Sæpe in magistrum scelera rediêrunt sua *Sen. Thy.*
Sæpe juventutis sequitur vestigia virtus.
Qualis erat juvenis, talis eritque senex.
Sæpe Patris mores imitatur filius infans.
Qualis erat mater, filia talis erit. *Verinus.*
Sæpe premente Deo, fert Deus alter opem, *Ov.*
Sæpe solent auro multa subesse mala. *Tibull. lib.* 10.
Sæpe sub exiguo magna latere solent *Ovid.*
Sæpe summa ingenia in oculto latent. *Pl. Capt.*
Sæpe tulit lassis, succus amarus opem. *Ov. 3. am.*
Sæpiùs incautæ nocuit victoria turbæ. *Cl 4. de Con.*
Sepibus inclusit linguam natura duabus.
Nè citò prosiliat lubrica lingua foras,
Sæpius ventis agitatur ingens,
Pinus & celsæ graviore casu.
Decidunt turres, feriuntque summos
Fulmina montes *Hor 2. Car, Odæ,* 10.
Sævus amor docuit verbera sæva pati, *Tib.*
Salve festa dies: meliorque revertere semper, 1. *P.*
Salvia, cum ruta, faciunt tibi pocula tuta, *Sal.*
Scilicet in sano nemo in amore videt. *Prop.* 2.
Scilicet interdum miscentur tristia lætis. 6. *Trist.*
Scilicet in vulgus maneant exempla Regentū: *Cl.*
Scire aliquid laus est, culpa est nil discere velle. *Ca.*
Scire tuum nihil est, nisi te scire, hoc sciat alter. *Pet*
Scire volunt omnes, mercedem solvere nemo. *Iuv.*

Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus. *Geor.*
Sed nihil eſt ſinê fraude, latent ſub melle venena. *Mant.* 2.
Sed nimium properas, & adhuc tua meſſis in herba eſt. *Ovid.*
Sed te, ne faceres, tenuit reverentia famæ, *Ovid.*
Segniùs expediunt commiſſa negotia plures. *Ma.*
Segniùs irritant animos, demiſſa per aures.
Quam quæ ſunt oculis, commiſſa fidelibus. *Hor.*
Semel emiſſum volat irrevocabile verbum, *Hor.*
Semper ego auditor tantùm; nunquamne reponam?
Semper honos, nomenque tuum, laudeſque manebunt. *Virg.* 5. *Eccl.* & 1. *Æn.*
Semper inops, quicunque cupit. *Claud. in Ruff.* 1.
Semper nocuit differre paratis, *Luc.l* 1.
Semper tu ſcito: flamma fumo eſt proxima. P, S.
Sæpe ſiniſtra cava prædixit ab ilice Cornix. *Virg*
Senſibus hæc imis (res eſt non parva) reponas *V.*
Septem horis dormiſſe, ſat eſt juvenique ſeniq; *Sa:*
Sequitur ſuperbos ultor à tergo Deus. *Sen. Hor. Fu.*
Seriùs aut citius metam properamus ad unam, O.
Servat multos Fortuna nocentes,
Et tantum miſeris iraſci Numina poſſunt, *Lu.*
Serum eſt cavendi tempus, in mediis malis, *Sen.*
Seris venit uſus ab annis, *Ovid.* 6, *Met.*
Si bene quid facias, facias citò: factum
Gratum erit, ingratum gratia tarda facit, *Auſ.*
Si caput eſt, currit: ventrem ſubjunge, volabit:
Adde pedes, comedes: & ſinè ventre bibes. *Muſcatum.*
Sic volo, ſic jubeo: ſtat pro ratione voluntas.
Sic vos non vobis fertis aratra boves,
Sic vos non vobis, vellera fertis oves,
Sic vos non vobis, nidificatis aves.
Sic vos non vobis mellificatis apes, *Virg.*
Sicut it, ire ſinas; nam ſic vult, ſicut it, ire:
Sicut enim nunc it, ſemper ſic ivit, & ibit,

Sidunt ipso pondere magna, ceditque oneri fortu-
na suo. *Sen. Agam.*
Si desint vires, tamen est laudanda voluntas.
Hic ego contentos auguror esse Deos, *Ovid.*
Si fore vis sanus, sæpe lavato manus, *Saler.*
Si fortuna juvat: caveto tolli,
Si fortuna tonat, caveto mergi, *Auson.*
Si fortuna volet, fies de Rhetore Consul,
Si volet hæc eadem, fies de Consule Rhetor. *Juv.*
Si fueris quarum divisor particularum,
Hanc discas artem, meliorem sumito partē *Gar.*
Si fractus illabatur orbis.
Impavidum ferient ruinæ: *Hor. 3. Carm. 3.*
Signa te, signa, temerè me tangis & angis: *Ror.*
Roma tibi subito motibus ibit amor. *Retrog:*
Simplicibus praesens Deus est, offenditur astu. *Ov.*
Similes aliorum respice casus,
Mitiùs ista feres; *Ovid 15. Metam.*
Sincerum est, nisi vas, quodcunq; infundis, acescit
Horat. 1. Ep. 1.
Sine Cerere, & libero, fugiet Venus. *Terrent.*
Singula post ova, pocula sume nova, *Salern.*
Si nihil attuleris ibis Homere foras, *Ovid. arte,*
Si non errâsset, fecerat illa minus, *Mart. Epig. 22.*
Si parva licet componere magnis, *Virg, 4, Georg,*
Si procul à Proculo Proculi campana fuisset,
Jam procul à Proculo Proculus ipse foret. *
* *Ad S. Proculum. Proculus exciduâ campanæ
Linguâ occisus, & ibidē tumulatus, Bononiæ*
Si quâ sedes, ac est tibi commoda sedes,
Istâ sede sede nec ab ista sede recede,
Si qua venit serò, magna ruina venit *Propert.*
Si quoties peccant homines sua fulmina mittat.
Juppiter, exiguo tempore, inermis erit. *Ov, 2, T. 1.*
Si rectè memini causæ sunt quinque bibendi,
Hospitis adventus, præsens sitis, atque futura;
Solamen fratrum, ut serventur pristina jura,
Sise-

Si secretarum seriem vis noscere rerum,
Ebrius, insipiens, pueri dicent tibi verum
Si *nisi* non esset, perfectus quilibet esset,
Sed pauci visi, qui caruere *nisi*,
Si sol splenduerit *Mariâ* purificante.
Majus erit frigus post festum. quàm fuit ante.
Sit procul omne nefas; ut ameris, amabilis esto.
Ovid, 2. *de arte*.
Sit velox, modó sit felix mihi clausula vitæ,
Mors felix, velox non satis esse potest,
Si rectè vivas, non cures verba malorum. *Caso.*
Sit piger ad pænas Princeps, ad præmia velox, *1. Po,*
Sint mœcenates, non deerunt, Flacce, Marones.
Si vis cernere verum,
Pelle timorem, nec dolor adsit,
Gaudia pelle, spemque fugato,
Nubila mens est, hæc ubi regnant. *Boet, l. 1,*
Sola Deos æquat clementia nobis, *Claud. de Con* 4:
Solamen miseris. socios habuisse dolorum,
Sole juvant umbræ, grata fit umbra siti. *Ov, 8, re.*
Solem sua sidera nôrunt. *Virg.* 2. *Æneid*,
Solent suprema facere securos mala, *Sen, Oedip.*
Spectat in expleto mendacem lumine formam,
Perque oculos periit ipse suos. *3. Metam:*
Spem mihi nescio quam, vultu promittis amico;
Ovid 3. *Metam.*
Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas.
Hor. 1: Ep, 2.
Spernitur Orator bonus, horridus miles amatur,
Ennius.
Spes alit agricolas spes sulcis credit aratis. *Tib. 2.*
Spes fovet, & meliùs cras fore, semper ait. *Tib.* 3.
Stare negas terram: nobis miracula narras:
Hæc dum scribebas, in rate forsan eras.
Stat mihi non parvô, virtus mea: vulnera testor.
Ovid.
Stat sua cuique dies, breve irrevocabile tempus.

Omnibus est vitæ. *Virg. 10. Æneid.*
Stetimus tamen, & Deus affuit ausis *Val. l. 4.*
Studet optatam cursu contingere metam *Hor.*
Stultaque mens vobis, non scelerata, fuit. *1. Trist.*
Stultitiā simulare loco, prudentia summa est *Ca.*
Stultorum est timere. quod vitari non potest. *Pu. Sy.*
Sub lare privato, tutiùs esse licet. *Ovid.*
Subducto stipite, flamma perit. *Ovid, 2. remid.*
Sub dulci melle, venena latent. *Ovid. 1. am*
Sufficiet brevis urna tibi, parvumq; sepulchrũ *Aus.*
Sumite materiam, vestris qui scribitis æquam
Viribus, & versate diu, quid ferre recusent,
Quid valeant humeri, *Horat. de arte.*
Sunt apud infernos, tot millia formosarũ, *Prop. l. 2.*
Sunt qui non possunt aliquo cogente juberi.
Sæpe tamen casu facta juvare solent *Ovid.*
Sunt quibus ingenium, & rerum prudentia velox.
Ante pilos venit. *Persius 4. Satyra.*
Sunt, qui in Fortunæ jam casibus, omnia ponunt.
Iuven. Satyr.
Sunt munda mundis omnia:
P. Sus, inquit, in luto jacens *Statius.*
Superata tellus sidera donat. *Boet. lib. 5.*
Surgit origo mali de parvo sœpe Sodali,
Suspecta nè sint longa colloquia, amputa, *Sen. Med.*

Incipientia à. T.

TAbida consumit ferrùm, lapidemque vetustas:
4. *Pont.*
Tacere puto optimum, & pro viribus sapere *Æn.*
Tam deest avaro quod habet, quàm quod non habet. *Pub, Syr.*
Tantane vos generis tenuit fiducia vestri? *1. Æn.*
Tam subitò corvus, qui modò cygnus erat. *Mart.*
Tantæ molis erat, Romanam condere gentem. *Vir.*
Tantalus in mediis flumina poscit aquis
Tantùm nè noceas, cùm vis prodesse, memento. *Ov.*
Tan-

Tantus amor Patriæ, tanta eſt dilectio noſtri, *Prud.*
Tanta ſolet magnis rebus ineſſe fides. *Ovid,* r6. *He.*
Tempora labuntur, tacitiſque ſeneſcimus annis,
 Et fugiunt fræno non remorante dies. *Ov 6. Fa.*
Tempora lapſa volāt,fugitivis fallimur horis. *For.*
Tempore difficiles verbunt ad aratra juvenci, *Ov.*
Tempore felici multi numerantur amici;
 Dum fortuna perit, nullus amicus erit,
Temporibus noſtris quicunque placere laborat,
 Det, cupiat, quærat, plùrima, pauca, nihil.
Temporibus certis veri noſcuntur amici. *Verinus,*
Temporibus medicina valet, data tempore proſunt
 Et data non apto tempore, vina nocent, *Ovid. 1.*
Ter quinquagenos David canit ordine Pſalmos.
 Verſus bis mille, ſexcentos, ſex canit ille,
Terra ſalutiferas herbas, eademque nocentes
 Nutrit, & urticæ proxima ſæpe roſa eſt, *O 1 Re.*
Terretur minimo pennæ ſtridore columba. *Ov: 2,*
Tertia, quarta qualis, tota eſt lunatio talis.
Tibi me virtus tua fecit amicum. *Hor: 2, ſerm, 5.*
Tolle moras, ſemper nocuit differre paratis *Luc, 1.*
Tolluntur in altum.
 Ut lapſu graviore ruant, *Claud. in Ruff* 5;
Tot tibi ſunt dotes Virgo, quot ſidera cælo,
 Hic verſus variatur ſalvis quantit, legibus 1022, vicibus, quot ſcilicet à veteribus Aſtronomis numeratæ ſunt ſtellæ, ſed ſi quantitas non obſervaretur poſſet, mutari 40320.
Totum laudatur ſi finis laude beatur,
Trahit ſua quemque voluptas. *Virg, 2, Ecloga.*
Tranquilla malum me jùs patientia vincit. *Iuv,*
Tutum quis habuit, nemo ſecurum ſcelus. *Publ.*
Tu cave degeneres; & ſint præconia noſtra,
 Vera, vide, famæ quò tuearis opus, *Ovid.*
Tu cave defendas, quamvis mordebere dictis. *Triſt.*
Tum denique omnes noſtra intelligimus bona,

Quum.

Quumque in poteſtate habuimus, ea amiſimus.
Pl. Capt.
Tu nè cede malis, ſed contra audentior ito,
Quàm tua te Fortuna ſinit. *Virg, 6, Æneidos,*
Tunica propior eſt palliô. *Plaut. Trinum,*
Tu nihil invitâ dices, faciesve, Minervâ, *Hor. de ar.*
Tu quod es, è populo quilibet eſſe poteſt, *Mart l. 5.*
Tu rectè vivis, ſi curas eſſe quod audis *Hor, Ep, 1,*
Turpe laborantem deſeruiſſe ratem, *Ov: P, 6.*
Turpe pecus mutilum, turpis ſinè gramine campg
Et ſinè fronde frutex, & ſinè crine caput, *Ovid,*
Turpe ſequi caſum,& fortunæ cedere; amicum
Et niſi ſit felix, eſſe negare ſuum. *Ov, 2 P. 6,*
Turpiùs ejicitur, quàm non admittitur hoſpes.*Ov,*
Turpe eſtDoctori, dum culpa redarguit ipſum,*Cas.*
Turpe puer ſictus; ſed magè turpe ſenex. *Leandr,*
Turpe, ſenex miles, turpe ſenilis amor, *Ov, 1 am.*
Tutatur Favor Euryalum, lacrymæque decoræ.
Gratior & pulchro veniens è corpore virtus, *Æn.*

Incipientia ab V.

VAde. vide, cave, ne titubes, mandataq; frangas.
Valetudo decreſcit accreſcit labor, *Plaut*
Variam ſemper dant otia mentem, *Luc, l, 4,*
Varium, & mutabile ſemper,
Fæmina, *Virgil, 4, Æneidos.*
Vatibus hic mos eſt, centum ſibi poſcere voces,
Centum ora, & linguas optare in carmine centum. *Perſ, 1, Satyr.*
Ubi amici ibidem ſunt & opes, *Plaut, Trut,*
Velle ſuum cuique eſt, nec voto vivitur uno, *Perſ,*
Corrumpunt vitiorum exempla domeſtica, magnis
Cùm ſubeant animos autoribus, *Iuv. 14,Sat,*
Veniet quondam felicior ætas, *Silius l, 11,*
Venit amor graviùs quò ſeriùs: urimur intus,
Urimur, & cæcum pectora vulnus habent, *Ov,*
Venit poſt multos una ſerena dies. *Tibull,l, 3. & 6.*
Ven

Venit summa dies, & ineluctabile tempus
Ver non una dies non una reducit hirundo *Man*,
Verba movent, exempla trahunt,
Verba volant, non saxa tamen, minùs aëra lædunt.
Verba miser frustra non proficientia fundo 1. *Trist*.
Verecundare neminem apud mensam decet, *Pl*, *Fr*.
Verus amor nullum novit habere modum. *Prob*,
Vicit victorem candida forma virum, *Prob*, *l*, 3,
Vidi ego, quod fuerat quondam sanabile vulnus.
Dilatum longæ damna tulisse moræ. *Ovid*, 1,
Vilia sunt nobis, quæcunque prioribus annis
Vidimus, & sordet quidquid spectavimus olim.
Calph, 7. *Eclog*,
Vina acuunt animos, vino mens ægra resurgit.
Vina bibant homines, animalia cætera fontes,
Vince animos, iramq; tuam, qui cætera vincis *Ov*,
Vincere cùm possis, interdum cede sodali, *Cato*, 1.
Vincuntur molli pectora dura prece. *Tibull*. 2, *l*. 4,
Vindicta levis est, quam ferunt parvæ manus. *Sen*,
Vinô forma perit, vinô corrumpitur ætas,
Et festina venit Parca, citata merô, *Proper*, *l*, 2,
Vinum si fabulari posset, se defenderet. *Pl*, *Truc*,
Violenta nemo imperia continuit diu *Sen*, *Troas*,
Vipereum celant virus moresque luporum,
Vir bene vestitus in vestibus. esse peritus
Creditur à mille, quamvis idiota sit ille
Vir bonus & sapiens, quærit super omnia, pacem,
Viros vocat ad sua prælia virtus. *Stat*, 6, *The*.
Virtus,
Crescit, & immensum gloria calcar, habet. *Ovid*,
Virtus est vitium fugere: & sapientia prima,
Stultitiâ caruisse. *Horat*, 1, *Epist*, 5,
Virtus est medium, *Horat*, 1, *Epist*. 18,
Virtus in astra tendit, in mortem timor, *Sen*; *Herc*:
Virtus omnibus rebus anteit. *Plaut*: 2, *Act*,
Virtus scire homini rectum, utile, turpe, inhonestum: *Caj*, *Lucill*.

Vir-

Virtute! decet. non sanguiue, niti,
Vis consilii expers mole ruit suâ, *Horat,*
Vis sapiens dici? ratò, & meditata, loquâre:
Sæpe loquax verbis prodidit ipse suis *Verinus,*
Vita hominum pelagus, Regina pecunia Nauta est:
Navigat infelix, qui caret hujus ope,
Vivat in æternum, qui dat mihi dulce phalernum!
Vive tibi, & longè nomina magna fuge, *Ov, T, 4,*
Vivit post funera virtus. *Horat,*
Vivitur ingenio; cætera mortis erunt, *Ovid,*
Vixi, & quē dederat cursū Fortuna, peregi. *Vir. 4, Æ.*
Ut ver dat florem, flos fructum, fructus amorem,
Sic studium morem, mos sensum, sensq honorem,
Urit Amor cæcus, non est amor arbiter æquus:
Hic quoque turpe pecus judicat esse decus
Vivit apud superos & habet sua præmia Virtus, *Ma;*
Unicus est de quo solicitamur honos, *Ovid, 6, Fast.*
Unusquisque suâ noverit ire viâ, *Prop, l, 2.*
Urit miserum gloria pectus,
Tantùm ut noceat, cupit esse potens, *Sen, Herc,*
Usus me genuit, mater memoria, *Affranius,*
Ut desint vires, tamen est, laudanda voluntas, *Ov,*
Tempore sic duro est inspicienda fides *1, Trist,*
Ut mors, sic somnus miseros felicibus æquat *Hor,*
Utq; ego majores, sic me coluêre minores, *Ov, 4,*
Ut sis nocte levis, sit tibi cæna brevis, *Saler,*
Vulgus amicitias utililtate probat *Ov. 2. Pent.*

Incipientia à. Z.

Z*Odiaci* bis sex numerantur in æthere *signa*·
Sunt Aries ♈ Taurus ♉ Gemini ♊ Cancer ♋ Leo♌ Virgo, ♍
Libraque ♎ Scorpius♏ Arcitenens ♐ Caper ♑ Amphora ♒ Pisces ♓
Zoilus ægrotat. *Martialis, l, Epygr, 16,*
Zoilus ægrotat? moriatur Zoilus ergo:
Tum, mea qui rodat carmina, nullus erit.

Chro-

Chronologia licèt parùm culto versu

Patriarchæ ante diluvium 10.

Adam, Seth, Enos, Cainan. Malaieel,
Jared, Enoch. Mathusal, Lamechque, Nòéque.

Post diluvium 16.

Ecce Nòé, Semus, tunc Arphaxad. Salademum,
Heber, Phaleg, Reu, Sarug, Nachorque, Thareque.
Abraham & Isaacus, Iacob, Levi, Caath, Amram,

Duces populi 16.

Moyses, Josue, & Othoniel, Ehudque, Debora,
Gedeon, Abimelech, Thola, Jair, Jephte, & Elzam
Elon, post Abdon, Samson, Heli; Samuelq́,

Reges Judæorum 20,

Saul, David, Salomon, dein Judæ noscito Reges
Roboam, & Abia, atq́; Aza, Josaphat, Joram,
Ochosias, Atalia, Joas. Amasia, Azana,
Jotham, Achaz. Ezechia, Manasse, ac Filius Amon,
Josias, Joahas, Joiakim, Joiakin, Sedecias,

Persarum Monarchæ

Cyr: Camb: Mag: Histaspes, Herx: Arta: Longimanusq́;
Xerx: Sogd, Noth: Mnemon: Ochus, Arses. & Codomanus.

Monarchæ Græcorum.

Magnus, & hinc Lagus, Philadelp, Euerg, Philopator
Epiphanes, Philometh, Physion, Lathurus, Alexand.
Lathurusq́; redux, Auletes, & Cleopatra.

Cæsares Rom: ad Constantinum.

Augustus, Tyberi, Caligul, Claudusq́, Neroq́;
Galba. Otho, nec non Vitellus, Vespaq́; Titus.
Dom: Neru: Traianus, tunc Adria: binus & Anton:
Commodus, Æliades, Severus, tum Caracalla,
Macrin: Heliogabal: Alexandr: Maxime Gordian,
Phil. Decius, Valer: & Galien: & Claudius Aurel:
Subsequitur Tacitus, Proba, Cara, Dioclia proles.

Cæsa,

Cæsares à Constantino M,
Constantinus, & hinc prima est divisio facta
Julianus; Jovian: Valent, duo, Gratia, Flavi.
Theodosius Magnus, post altera scissio facta
Arcad: Theodosius, Martian: biniq; Leones
Zeno, & Anastasius, Justi; tres, atq; Tiberi
Mauritius, Phocas, Heraclius, & *Malesani*
Tres, Pogonatus, tum Justiniane Philippi.
Artemius Theodor, Leo, Copronimusq;
Hinc Leo, Const. Iren: post tertia scissio facta,
Cæsares aliunde assumpti,
Carolus & Ludovic, Lothar, Ludvic, bene Calvus,
Balbus, Crassus, & Arnolphus, Ludvic Thrasijbulus.
Auceps, Ottones tres, Henricusq; secundus,
Conrad. & Henrici tres, & Lotharius alter
Conrad, Barbarossa, Henric, Otto Fridericus.
Conrad, Richardus. Rudolphus, Adophus & Albert
Henric, Ludvicus Carlus, Venslaë, Ruperte,
Sigmund, Albert, Fridericus, Maximilianus,
Carlus Fernandus, fit post Maximilianus,
Rudolph, Matthias, Fernand, binus Leopoldus,
Filius hunc Joseph sequitur post Carolus illum,
Pontifices Romani,
PETRUS post Linus, Cletus, Clemens, Anacletus,
Evaristus, Alex. Sixtus, Telesphorus, Hygin,
Tum, Pius, Annicet. Soter, Eltherius & Vict.
Zepherinus. Calist, Urban, Pontianus, & Anter
Fab, Corn, Luc, Stephanus, Sixtuq; Dionys
Successêre sibi, Felix ac Eutychianus
Cajus, *Marcellin*, Marcellusq, Eusebiusq;
Melchiades, Sylvester, Marcus, Jul, Liberiusque;
Felix tum Damasus, Syric, Anastasius, Innoc,
Zozim, Bonfacius, Cælest, Sixtus, Leo Magnus,
Hilar, Simplicius, Felix, Gelasius, Anast,
Symmachus, Hormisda, ac Joan Felix, Bonifac &
Jonnes, Agapit, Sylver, Vigil, & Pelagius
Joannes, Benedict. Gregor, & post Sabinianus

Et Bonifac, Bonifac Deus & dedit inde Bonifac.
Tunc Honor, atq; Severinus, Joan, Theodorus,
Martin, Eugenius, Vitalin, Adeoq; est dat
Donus, post Agatho, Leo, tum Benedictus Joan,
Conon, Sergius, atque Gregor, Gregor & Zacharias
EtStephanus,Stephan9Paul9,Stephanusq,Hadrian9
Eugeniusque, Valentinusq; Gregorius & Serg.
Jam Leo, jam Benedict, Nicolq; Hadrianus,
Joannesq, Marinq; Hadrian.Stephanumq; sequutus
Formosus, Bonifac, Stephanus, Joan, Benedictus,
Et Leo, Christophorus, Serg, Anast, quoq; Lando,
Joannes, Leo, jam Stephanusque, Leoq; Joanq;
Et Leo, tum Stephanusque, Marinque, Agapitq;
Joannes, Leo, jam Benedictq; Joanq; Donusque
Tum Benedict, Benedict, Joanq; Joanque Joanque,
Et Benedict, Leo, deinde Gregor, Clem: Damasusq;
Post Leo, jam Victor, Stephanus, Nicolaus, Alexq;
Et Gregor, & Victor, tum Vrban, Paschalq; Gelasq;
Et Callistus, *Honori*, Innoc, Cæleſt, Luciusque,
Eugeniusq, & Anast, Hadrianus, Alex, Luciusque
Urbanus, Gregor, & Clemens, Cæleſtin & Innoc:
Atq; Honor & Gregor, &Cæleſt Innoc,& Alexand,
Urbanus, Clemens,Gregor, Innoc.Nicolq; secutus.
Hunc Martinus, Honor, Nicol. Cæleſt, Bonifacq;
Et Benedicte Clemens, Joan,Benedict quoq;Clemens
Innoc. Urbanus, Gregor, Urbanus, Bonifacq;
Innoc atq; Gregor, fit Alex, fit Papa Joannes
Martin, Eugenius, Nicol, Calist, Pius. atque
Paulus, post Sixtusq; Innoc. & Alex Pius inde
Julius atq; Leo, atq; Hadrian. Clemens quoq;Paul9
Julius, & Marcell Paulus, Pius, & Pius, istis
Successit Gregor, huic Sixtusque, Urbanq; Gregorq;
Innoc, & Clemens, Leo, Paulus, Gregor, Urban,
His Innoc, & Alexan, Clemens atq; secundò,
Denuſ Clemens, Innoc, Alexander & Innoc,
Hinc Clemens Innoc: Benedictus deniq Clemens,

Princi-

Principes & Reges Poloniæ

Primus erat Lechus, Visimir Crac : Lechq; secund?
Atq; Pala Venda, & Premisl, ternique Lesci,
Popielus binus, Piastus, Lesco, Zemomislaus,
Miesco, Boleslaus, Miesco, Casimir, Boleslaus,
Vladislaus, Bolesl, Vladisl; Boleslaus,
Miecislaus Casimir Lesco Boleslaus.
Lesco, Henricus, Bolesl: Premislus Vencesilaus,
Locticus, & Casimir, Ludovic, Jagello,
Vladislaus, Casimir, pergunt Albertus, Alexque,
Sigmundus binus, tum Henric, Stephanus, Sigimundus.
Vladislaus, Casimir, Michaël, victorq; Joannes,
Augustusq; secundus, regnat Tertius AUGUST.

AUTHORES

Ex quibus hi Flores Poëtici decerpti sunt, & alia in hoc libro contenta.

S. Augustinus, Aurelius Olympius, Accius, Alter, S, [illegible] *Affranius, Ausonius, Antisalern, schola. Boëtius, Bajus. Lucilius, Calphurnius, Cato, Catullus, Claudianus, Celius, Cornelius Gallicus, Cornelius, Severus, Ennius, Fortunatus, Gartnerus, Hesiodus, Horatius, Iuvenalis, Liberius, Lucanus, Lucretius, Mantuanus, Martialis, Massenius, Nevius, Ovenus, Ovidius, Pedo Albinovanus, Persius, Plachy, Plautus, Pomponius, Propertius, Prudentius, Publius Syrus. Schola salernitana, Seneca. Sidonius, Silius Italicus. Statius, Stratius, Strozza. Terentius. Tibullus, Turpillius, Tylkowski, Verinus, Virgilius, Anonymus.*

Ad M. D. G.



